BIBLIOTEKA
PWSP
KRAKÓW
2383
t. II
Łukaszewicz

BIBLIOTEKA
Wydz.
KRAKOWIE

1995
III c

4935
III c

HISTORYA SZKÓŁ

W KORONIE I W WIELKIEM KSIĘSTWIE LITEWSKIEM

od

najdawniejszych czasów aż do roku 1794.

Biblioteka Publiczna Uniwersytetu Jagiellońskiego w Krakowie

Przez

JÓZEFA ŁUKASZEWICZA.

Ac mihi quidem antiquitatis monimenta revolventi nulla natio visa est neque humanitate polita, neque ejus expers, quae non singularem habuerit curam juventutis recte instituendae.

A. F. Modrzewski: De emendanda republica.

Qualibus pubem sibi format ipsa
Moribus tales habitura res est
Publica cives.

St. Konarski Ode II.

Biblioteka Publiczna Uniwersytetu Jagiellońskiego w Krakowie

TOM TRZECI.

POZNAŃ.

NAKŁADEM KSIĘGARNI JANA KONSTANTEGO ŻUPAŃSKIEGO.

1851.

BIBLIOTEKA
Państwowej
Wyższej Szkoły Pedagogicznej
W KRAKOWIE

2383

UP - Kraków BG
1050136435

Poznań czcionkami W. Deckera i Spółki.

Spis rzeczy w Tomie III. zawartych.

Szkoły akademickie.

I. Akademia krakowska. Założenie i uposażenie. Ubóstwo akademii i jego przyczyny. Dobra i ich administracya. Kollegia: większe, mniejsze, prawne, lekarskie, nowe. Wydziały: teologiczny, prawny, lekarski, filozoficzny. Ich uposażenie, organizacya, statuty. Bursy: ubogich, jerozolimska, Długosza, czyli prawnicza, Noskowskiego, czyli Filozofów, Starnigiela, Sisiniego, Szmieszkowicza, Majętnych, węgierska, niemiecka, czeska, grochowa. Borkany. Kanclerz i podkanclerze akademii. Rektor akademii, jego jurysdykcya i konsyliarze. Bedelle. Album i uczniowie. Biblioteka. Ogród botaniczny Zbiory historyi naturalnéj. Gabinet instrumentów fizycznych. Obserwatoryum i narzędzia astronomiczne. Klinika i gabinet anatomiczny. Narzędzia matematyczne. Drukarnie. Historyograf akademii. Insignia i pieczęcie akademii. Przywileje osób składających zgromadzenie akademickie ..... Od strony 1—323.

II. Akademia zamojska Założenie i uposażenie. Wydziały. Dziekan. Rząd akademii. Bursy: *indigentium*, *Staringelliana*. Borkany Zbiory naukowe. Biblioteka. Drukarnia. Prawa akademii. Bedele. Kolonie akademii zamojskiej. Od strony 324. do 369.

III. Kolonia akademicka w Białéj na Podlesiu..... str. 369—370.
IV. Kolonia akademicka w Bochni..... » 371—372
V. Kolonia akademicka w Brodach ..... » 372.
VI. Kolonia akademicka w Chełmnie..... » 372—426.
VII. Kolonia akademicka w Chełmży..... » 426.
VIII Kolonia akademicka w Choczu ..... » 427.
IX. Kolonia akademicka w Gnieźnie..... » 428.
X. Kolonia akademicka w Jarosławiu..... » 429.
XI. Kolonia akademicka w Jedlińsku..... » 429.
XII. Kolonia akademicka w Kaliszu ..... » 430.

XIII. Kolonia akademicka w Kętach..... str. 430.
XIV. Kolonia akademicka w Kielcach..... » 431.
XV. Kolonia akademicka w Koniecpolu..... » 431.
XVI. Kollegium Władysławsko-Nowodworskiego w Krakowie..... » 432—459.
XVII. Kolonia akademicka w Krasnymstawie..... » 460.
XVIII. Kolonia akademicka w Kurzelowie..... » 460—461.
XIX. Kolonia akademicka w Lwowie..... » 461—467.
XX. Kolonia akademicka w Łęczycy..... » 468.
XXI. Kolonia akademicka w Łowiczu..... » 469.
XXII. Kolonia akademicka w Nowém mieście..... » 470.
XXIII. Kolonia akademicka w Nowym Sądeczu..... » 471.
XXIV. Kolonia akademicka w Olkuszu..... » 471.
XXV. Kolonia akademicka w Ołyce..... » 472—480.
XXVI. Kolonia akademicka w Opatowie..... » 481.
XXVII. Kolonia akademicka w Pinczowie..... » 481.
XXVIII. Kolonia akademicka w Piotrkowie..... » 482.
XXIX. Kolonia akademicka w Płocku..... » 483.
XXX. Kolonia akademicka w Poznaniu..... » 483—509.
XXXI. Kolonia akademicka w Przemyślu..... » 508.
XXXII. Kolonia akademicka w Pułtusku..... » 508—510.
XXXIII. Kolonia akademicka w Radomiu..... » 510.
XXXIV. Kolonia akademicka w Sieradzu..... » 511.
XXXV. Kolonia akademicka w Sierakowie..... » 512.
XXXVI. Kolonia akademicka w Skierniewicach..... » 512.
XXXVII. Kolonia akademicka w Tarnowie..... » 513.
XXXVIII. Kolonia akademicka w Tucholi..... » 513.
XXXIX. Kolonia akademicka w Warszawie..... » 514.
XL. Kolonia akademicka w Widawie..... » 514.
XLI. Kolonia akademicka w Wieliczce..... » 515.
XLII. Kolonia akademicka w Włocławku..... » 515.
XLIII. Kolonia akademicka w Wolborzu..... » 516.

Zakłady naukowe.

A. Szkoły akademickie.

I. Akademia krakowska.[1])

a. Założenie i uposażenie.

Już w pierwszym tomie powiedziałem, że Kazimierz w. uważanym jest za pierwszego założyciela akademii krakowskiéj. Śladów atoli wyraźnych akademii kazimierzowskiéj w dziejach naszych niema, prócz wzmianki o niéj w Długoszu i Miechowicie. Ostatni utrzymuje, że monarcha ten wystawił na przedmieściu Kazimierzu obok kościoła ś. Wawrzyńca r. 1361. wspaniałe gmachy i w nich professorów sprowadzonych z Paryża wraz z uczniami umieścił. Za panowania Jana Albrychta Żydzi jako sprawcy pożaru miasta Krakowa na Kazimierz przeniesieni, mieli gmachy te posieść i dotąd je posiadają.[2]) Stémwszystkiem

[1]) Wiadomość tę o akademii krakowskiéj osnułem na Putanowicza dziełku: *Stan wewnętrzny studii i t. d.* uzupełniając je uczonemi pracami Sołtykowicza, Bandtkiego, Muczkowskiego i Wis[illegible]wskiego; nadto *zbiorem praw akademii* Kołłątaja i podobnym zbiorem umieszczonym w Mitzlera: *Warschauer Bibliothek*; szczegółami, czerpanemi z kilku rękopismów z 17go wieku i z rozmaitych dziś rzadkich broszur i druków starożytnych. Szczegółowéj historyi akademii krakowskiéj pisać nie zamierzam, i rozsądny czytelnik wymagać jéj też nie będzie po mnie, niemającym pod ręką i nieznającym archiwum akademii.

[2]) Ad instantiam autem civium Graccoviensium, tanquam propter ipsos hujuscemodi plaga conflagrationis evenisset, Rex Albertus Ju-

akademia krakowska posiada przywilej Kazimierza wielkiego z r. 1364. [1]) którym monarcha ten akademią w Kra-

deos de Graecovia in Kazimiriam sub murum juxta ecclesiam sancti Laurentii, *ubi cellae pro collegio et lectoriis* per Kazimirum secundum regem Poloniae extructae fuerant, ubi in hanc diem morantur, transtulit. — Miechowita str. 349. Zresztą wątpliwości moje o akademii Kazimierza w. wyłuszczyłem w Tomie I. na stronie 35. Tu dodaję jeszcze nową. Długosz i Miechowita utrzymują, że Kazimierz wielki wystawił wspaniałe gmachy na mięszkania professorów, na lektoria i t. p. tymczasem sam przywilej erekcyjny opiewa, że monarcha wspomniony najął w Krakowie kamienice na ich mięszkania; jak tu jedno z drugiem pogodzić?

[1]) In nomine Domini Amen. Ea quae ex regalis magnificentiae beneplacito eximia nimirum devotione et fidei puritate, ad profectum subditorum et salutem humanae conditionis, piis et gratiosis affectibus ordinantur, adhibitionem fidei conquirant et gaudeant majori fulcimine firmitatis, quia nihil valet quod statuitur, nisi statuta ex ampliori diligentia observentur. Proinde nos Casimirus Dei Gratia rex Poloniae ac terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et haeres. Cupientes ferventi desiderio, veluti ex debito tenemur, ut res utiles omnisque prosperitas humanae conditionis dilatetur, meliora prospicientes, nec ea dubitantes Clericis et subditis regni nostri profutura, in Cracovia civitate nostra locum ubi studium vigeat generale in qualibet licita facultate nominandum, eligendum, constituendum et ordinandum duximus et in antea futuris perpetuis temporibus esse volumus in his scriptis. Sitque ibi scientiarum praevalentium Margaretha, ut viros producat concilii maturitate conspicuos, virtutum ornatibus redimitos ac diversarum facultatum eruditos. Fiatque ibi fons doctrinarum irriguus, de cujus plenitudine hauriant universi liberalibus cupientes imbui documentis.

Ad quam scilicet Cracoviam universi non solum regni nostri et regionum circumjacentium incolae, sed alii ex diversis mundi partibus libere et secure confluant civitatem, praeclaram hujusmodi scientiae Margaretham assequi affectantes.

Quibus omnibus et singulis, subscriptos articulos in praesenti cirographo contentos promittimus, et bona fide spondemus tenere irrefragabiliter ac observare, videlicet rectoribus universitatis, doctoribus, magistris, scholaribus, scriptoribus, stationariis et bedellis ac eorum familiaribus quibuscunque, qui se gratia studii in civitatem praedictam transtulerint et ibidem moram traxerint, eisdem

kowie ustanawia, bieg w niéj nauk rosporządza i rządy

esse volumus dominus gratiosus; ipsosque et eorum quemlibet in suis juribus, privilegiis, libertatibus, statutis et consuetudinibus omnibus aliis, quae in studiis generalibus videlicet bononiensi et padvano, tenentur et observantur, conservare et defensare ac tueri.

Et primo. Quod venientes ad studium, sive abinde redeuntes, in omnibus et singulis passibus, pontibus, castris et custodiis, per totum regnum nostrum constitutis, nullum solvere debeant passagium, pedagium seu teloneum sive conductum, sed in his omnibus cum rebus eorum scilicet equis, libris, vestimentis, lectisterniis, pecuniis et supellectibus domus, liberi transire debeant et securi.

Etiam si alicui scholarium sui parentes vel amici provisionem facere voluerint in esulentis et poculentis qualibuscunque, illa libere transire valeant, in civitatem praedictam Cracoviensem sine omni telonei requisitione, neque per carnifices quoquo modo vel quoslibet alios debeant impediri.

Item si aliquis scholarium sibi extra terram Cracoviensem de blado frumenti, farina, braseo, cerevisia martiali (czy znano już wówczas piwo marcowe?), vino vel lignis procuraverit provisionem; haec omnia et singula per aquam seu per terram libere debeant transire, absque solutione telonei et decima lignorum. Pistores vero panem pistantes scholaribus, et molendinatores blada ipsorum molentes non ulterius a scholaribus praesumant exigere, quam cives praedictae Civitatis eis consueverunt solvere.

Item (quod absit) si scholarium aliquis vel familiaris eorum infra limites regni nostri spoliatus per nostros subditos fuerit equis, pecuniis et rebus suis publice vel occulte, statim postquam scholaris nobis fuerit de hoc conquestus, damnum scholari tenebimur refundere et malefactorem quaerere et cum eo facere, prout dictaverit ordo juris.

Si per extraneos et non subditos nostros idem scholaris, vel suus nuntius infra limites regni nostri fuerit spoliatus, ad restitutionem damnorum modo, quo praemittitur, non erimus obligati, si apud vicinos principes ubi malefactores praedicti morabuntur, pro rehabendis rebus scholari volumus fideliter laborare.

Praeterea scholas debitas exnunc ordinavimus pro legendo jure canonico vel civili, medicinis vel artibus liberalibus hospitiaque competentia deputamus pro doctoribus, magistris, scholaribus, scriptoribus, stationariis et bedellis.

Quae hospitia statim taxari decrevimus per duos cives et duos scholares, eademque taxa nunquam augeatur in solutione ampliori.

jéj przepisuje. Ośm katedr prawa, dwie sztuki lekarskiéj,

Et si forte ipsa hospicia in processu temporis viluerint, Domini eorum annis singulis tenebuntur illa sumptibus propriis reformare.

Alias scholaris, vel alius praedictorum domum ipsam inhabitans facta denuntiatione prius domino principali de pensione domus, ipsam reformare possit, contradictione cujuslibet non obstante.

Quodsi forte domum ipsam sic, ut praemittitur, pro studio deputatam aliquis inhabitaverit et scholaris ipsam habere voluerit pro statuta pensione, statim inquilinus praecedens soluta pensione pro ratha temporis de domo exire tenebitur et scholari ipsam libere assignare.

Item volumus ut scholares proprium rectorem habeant, qui in civilibus causis ipsos judicare debeat, habeatque jurisdictionem ordinariam super omnes, qui in civitate cracoviensi causa studii moram traxerint, omnesque praedicto rectori jurare, obedire teneantur.

Nec ullus unquam in eisdem civilibus causis, doctorem, magistrum, scholarem, bedellum, stationarium alibi coram judice quocunque ecclesiastico vel saeculari audeat convenire, sub poena decem marcarum grossorum pragensium.

Quam sic trahens incurrat ipso facto et fisco scholarium applicetur.

A sententia autem rectoris praedicti nullus appellare soleat, vel supplicare aut restitutionem in integrum petere.

Et si appellatum fuerit, appellatio ipsius non recipiatur, nec appellans auditur per aliquem judicem ecclesiasticum vel saecularem, sed rectoris sententia in suis clausulis firmiter observetur.

Verumtamen si de nullitate vel injusticia forsitan argueretur eadem sententia, per consiliarios universitatis de ipsius viribus et justitia cognoscatur.

Insuper rector praedictus scholares suos in causis criminalibus levibus veluti pro verbali injuria, vel si scholaris causa studii in civitate cracoviensi moram trahens, aliquem capillando vel offendendo palma vel pugno ad effusionem sanguinis laeserit, habeat judicare.

Nec ob hoc scholares ipsi vel eorum servi aut famuli ad extranea judicia pertrahantur.

Quod si (quod absit) scholaris vel alius praedictorum, in furto, adulterio, sive stupro, homicidio, aut aliquo crimine capitali notorie fuerit deprehensus, illorum cognitio ad rectorem non pertineat, sed statim, si clericus fuerit, ad episcopale judicium remittatur, si vero laicus nostro judicio subjacebit.

jednę filozofii uposaża, naznaczając wiecznemi czasy, wraz

Si vero scholaris laicus, bedellus, stationarius aut ipsorum familiares de crimine homicidii, adulterii, membrorum mutilatione, aut lethali vulnere, vel quocunque nefario excessu fuerit accusatus; extunc non secundum consuetudines patriae, vel statuta, sed juxta leges per nos aut judicem deputatum accusatus debebit judicari.

Quinimo per bonorum hominum attestationes ad expurgationem illati criminis admittatur.

Item quod si pro quocunque crimine magno sive parvo, aut excessu quolibet scholaris ipse, vel quivis praedictorum fuerit inculpatus, nullus ipsum capere vel detinere praesumat, nisi cum rectoris familia et ipsius licentia, vel requisitione speciali, et hoc ne unius criminosi praetextu, res innocentum turpiter rapiantur.

Item si rector contra aliquem de sua jurisdictione juste procedens et secundum formam Statutorum suorum ipsum studio et ipsius commodo privaverit, ad requisitionem rectoris talis privatus, de civitate utraque cracoviensi vel casimirensi per advocatos et cives protinus expellatur.

Nullusque talem in suo hospitio audeat colligere, vel si quidquam vendere, donare vel accomodare esulentum vel poculentum praesumat.

Sed si scholaris vel alius de praemissis sententiae vel mandato rectoris non paruerit cum effectu, rectorique suo fuerit rebellis, ad requisitionem rectoris teneantur advocati civitatis utriusque suam familiam mittere ad dicti rebellis pertinaciam compescendam.

Item exnunc salariamus sedes infra scriptas, videlicet: sedem decretorum de quadraginta Marcis argenti annuatim, sedem decretalium de totidem, sedem Sexti Clementinarum de viginti marcis.

Item providemus legenti legum Codicem de quadraginta marcis argenti, legenti Infortiatum de totidem et legenti volumen de viginti Marcis; pro anno sequenti similiter juxta consuetudinem studii legalis, legentibus digestum vetus et novum cuilibet ipsorum de quadraginta marcis providemus. Duobus vero magistris legentibus physicam ordinamus salarium viginti Marcarum cuilibet annuatim, et magistro in artibus domus scholam Beatae Virginis et decem Marcas reditus apponemus eidem.

Ac rectori universitatis pro suis laboribus providebimus de salario decem Marcarum, prout in aliis studiis est consuetum.

Quae quidem salaria exnunc in nostra Zuppa salis in Wieliczka deputamus, ita quod noster Zupparius doctoribus et magistris le-

z pensyą rektora, 340 grzywien czystego śrebra rocznego dochodu. Tak założoną od Kazimierza akademią potwier-

---

gentibus in quatuor temporibus praedicta salaria in Cracovia praesentare teneatur.

Item ordinabimus praedictis scholaribus unum campsorem vel Judaeum in Civitate cracoviensi, qui habeat sufficientem pecuniam ad mutuandum in necessitatibus scholarium super bonis pignoribus, nec ultra pro servitio suo exigat, nisi unum grossum de marca qualibet infra mensem.

Item doctores et magistri ad sedes salariatas praedictas eligantur per scholares illius facultatis, in quam doctor vel magister fuerit assumendus.

Etsi forte scholares in eligendo discordes fuerint, is electus sit, qui a majori parte fuerit nominatus.

Qui nobis, si praesentes fuerimus, alias nostro commissario, quem super hoc statuemus, praesentetur.

Et electus per Nos, vel per eum, remaneat in lectura.

Item nullus unquam vel doctor aut magister in rectorem possit eligi.

Nec etiam scholaris existens rector ad privatum examen cujuslibet facultatis tempore sui rectoratus aliqualiter admittatur.

Statuimus etiam, ut quotiescunque aliquos scholares in qualibet facultate per doctores, seu magistros ad privatum examen more consueto poni contingit, super illos cancellarius noster cracoviensis, qui pro tempore fuerit tanquam supremus, approbandi hujusmodi examen omnimodam habeat potestatem.

Item pro habendo exercitio scholaribus studii, dominus Episcopus Cracoviensis officialem suum in ipsa civitate cracoviensi locare debeat, prout est locatus, ut de lectionibus scholares ad practicam transeant et sumant audaciam allegandi.

Ut autem omnia et singula superius expressa robur obtineant perpetuae firmitatis, praesens privilegium scribi jussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Cracoviae in die Pentecosten, Anno Domini trecentesimo sexagesimo quarto, praesentibus Andrea Cracoviensi, Joanne sandomiriensi, Dobeslao vislicensi, Petro voynicensi castellanis, Floriano cancellario lanciciensi et aliis multis fide dignis. Datum per manus venerabilis viri Domini Joannis decani et cancellarii nostri cracoviensis, doctoris decretorum, scriptum autem per Jacobum de Ossova notarium curiae nostrae regalis. (Podług Niesieckiego był kasztelanem krak. Jan z Melsztyna, od r. 1361. do r. 1376. sandomirskim od r. 1354. do r. 1368. Wilczko, herbu Białynia.)

dził Urban V. papież.[1]) Jednakże mimo tego wszystkiego akademia Kazimierza wielkiego albo wcale do skutku nie

[1]) Urbanus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

In suprema dignitatis apostolicae specula, licet immeriti disponente Domino constituti, ad universas fidelium regiones eorumque profectus et commodo tanquam universalis Dominici gregis pastor commissae nobis speculationis aciem, quantum nobis ex alto promittitur, extendentes fidelibus ipsis ad quaerenda literarum studia, per quae divini Nominis suaeque fidei catholicae cultus protenditur, justitia colitur, tam publica quam privata res utiliter geritur, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, libenter favores gratiosos impendimus et opportunae commoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque sicut nuper pro parte charissimi in Christo filii nostri Casimiri regis Poloniae Illustris, Nobis fuit expositum, civitas sua Cracoviensis, quae in regno Poloniae suo consistit et insignior est aliis civitatibus dicti regni, a studiis generalibus nimium distare noscatur et propterea Jurisperitorum et literarum personarum copia in eodem regno minime habeantur, multique ex clericis nobilibus regni dicti eundo ad studia generalia hujusmodi capti, alii vero in captivitate detenti, morti traditi fuerint.

Nos praemissa ac etiam eximiam fidei puritatem quam tam ipse Rex et progenitores sui Poloniae reges, quam ejusdem regni incolae, ad sanctam romanam Ecclesiam gessisse, prout ipsi rex et incolae gerere dignoscuntur, attente considerantes, ferventi desiderio ducimur, quod regnum ipsum scientiarum muneribus amplietur fiatque literarum fertilitate foecundum, ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi scientiarum fons irriguus de cujus plenitudine hauriant universi literarum cupientes imbui documentis. His igitur omnibus et praesertim idoneitate dictae civitatis (quae ad multiplicanda doctrinae semina et germina salutaria producenda magis congrua et accomoda inter alias civitates dicti regni fore dicitur) diligenti examinatione pensatis ad obviandum damnis et periculis verisimiliter proventuris ex distantia studiorum hujusmodi incolis dicti regni volentibus acquirere scientiae Margaretham et non solum ac ipsorum, sed etiam aliarum regionum circumjacentium incolarum commodum et profectum paternis affectibus anhelantes dicti regis in hac parte supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, authoritate apostolica statuimus et etiam ordinamus: ut in dicta civitate cracoviensi de caetero sit stu-

przyszła, albo też wkrótce po zgonie tego monarchy upadła.

Dzieło Kazimierza wielkiego wznowił Władysław Jagiełło, pobudzany do tego od żony swojéj królowéj Jadwigi, wnuczki Kazimierza wielkiego. Wyrobił on sobie w roku

---

dium generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, tam in juris canonici et civilis, quam alia qualibet licita (praeterquam in theologia) facultate et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus concessis doctoribus legentibus et studentibus commorantibus in studio generali gaudeant et utantur.

Quodque illi qui processu temporis bravium fuerint in illa facultate in qua studuerint, assecuti, sibique docendi licentiam ut alios erudire valeant ac doctoratus seu magisterii honorem petierint elargiri per doctores seu doctorem ac magistros seu Magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, Episcopo cracoviensi, pastore carente, vicario seu officiali dilectorum filiorum capituli ipsius ecclesiae praesententur.

Idem quoque Episcopus aut Vicarius seu officialis doctoribus et magistris in eodem facultate actu inibi regentibus convocatis, illos in his quae circa promovendos ad doctoratus seu magisterii honorem requiruntur, per se vel per alium, juxta modum et consuetudinem quae super talibus in generalibus studiis observantur, examinare studeat diligenter, eisque si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, hujusmodi licentiam tribuat et doctoratus seu Magisterii conferat honorem.

Illi vero qui in eodem studio dictae civitatis examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam et honorem hujusmodi obtinuerint, ut est dictum, extunc absque examine et approbatione alia regendi et docendi tam in civitate praedicta, quam singulis aliis generalibus studiis in quibus voluerint legere vel docere, statutis et consuetudinibus quibuscunque contrariis apostolica vel quacunque firmitate alia vallatis nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae ordinationis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenione Calendis Septembris Pontificatus nostri Anno secundo.

1397. u papieża Bonifacego IX.[1]) potwierdzenie akademii krakowskiéj, oraz zaprowadzenie w niéj wydziału teologicznego i pozwolenie udzielania w nim stopni i godności akademickich.

Po uzyskaniu potwierdzenia papieskiego, zajął się Władysław Jagiełło odnowieniem akademii kazimirzowskiéj, albo

[1]) Bonifacius episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam Eximiae devotionis affectus, quem charissimus in Christo filius noster Vladislaus rex et charissima in Christo filia nostra Hedvigis regina Poloniae illustres, ad nos et romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut votis eorum, illis praesertim, per quae divini nominis et fidei catholicae cultus protenditur, justitia colitur, tam publica, quam privata res geritur utiliter, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, favorabiliter annuamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum regis et reginae petitio continebat, in eorum civitate cracoviensi ex statuto et ordinatione sedis apostolicae ab olim fuerit atque sit in utroque jure et alia qualibet licita facultate, praeterquam in s. Theologia studium generale pro parte regis et reginae praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in civitate praedicta statuere et ordinare hujusmodi studium generale, etiam in ipsa theologia de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, authoritate apostolica tenore praesentium statuimus et etiam ordinamus, quod in ipsa civitate exnunc in antea perpetuis futuris temporibus sit, ac esse valeat etiam in eadem theologia hujusmodi studium generale, cui praesit is, qui eidem studio hactenus praefuit ab antiquo.

Et nihilominus de uberioris dono gratiae concedimus, quod studentes et regentes pro tempore in ipso studio in eadem theologia ac baccalaureatus, licentiae vel doctoratus gradum ibidem suscipientes, omnibus privilegiis, libertatibus, praerogativis et indulgentiis gaudeant et utantur, quibus quacunque authoritate concessis in eodem theologia studentes, regentes ac similes gradus Parisiis suscipientes gaudent, ac etiam quomodolibet potiuntur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginem Nostrorum statuti, ordinationis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum 3tio Idus Januarii Pontificatus nostri anno octavo.

raczéj założeniem nowéj. W tym celu potwierdził (1400 r.) przywiléj Kazimierza w. akademii dany, oddał jéj kamienicę *Pancerz* zwaną na ulicy św. Anny, gdzie późniéj stało kollegium wielkie, i 100 grzywien rocznego dochodu na cle krakowskiem wydziałowi teologicznemu zapisał. W roku następnym 1401. stwierdził przeszłoroczny przywiléj swój i prawa w nim akademii nadane. [1]) Nadto wcielił teolo-

[1]) Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithuaniae princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres. Significamus universis, quibus expedit, praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod cum Supernae dispensationis provisio, cui consilia non communicant aliena, Nos ineffabili dignatione de gentilitatis erroribus ad lucem, de tenebris ad sui nominis agnitionem eduxit, misericorditer et mirabiliter vocavit, ac tandem ad regalis dignitatis fastigium et gloriae solium, licet Nostris insufficientibus meritis, gloriosius exaltavit, ad hoc laboriosae meditationis indagine propositorum Nostrorum studia dirigimus, curamque Nostrae diligentiae praestantius extendimus, ut quos olim in erroris vetusta caligine constituti, socios tenebrarum habuimus, signanter indigenas terrae nostrae Lithuaniae, quos illo volente, qui caelestia simul et terrena dirigit, ad assumptionem et integritatem fidei catholicae feliciter attulimus, per assuefactionem et exercitium piorum operum sine quibus ipsa fides vacua fore noscitur et inanis, in lucis filios convertamus, horum tamen ope pariter et opera, quorum animos candor aeternae lucis doctrinae et sapientiae plenitudine decoravit, in fundamentis videlicet et profunditatibus scripturarum expertorum, quorum ex approbata prudentia consiliis altissimis thronus roboratur regius et actibus virtuosis Reipublicae stabilitas semper salubrius proficit incrementis. Sane dulcescebat in auribus nostris crebrius Nobis repetita et diutius inculcata memoria illorum devotissimorum principum, qui in suarum provinciis regionum studia gymnasiorum instaurabant et vocatione gratuita doctarum personarum defectus et errores patriarum suarum eliminare funditus et evellere satagebant, quorum exemplis clarissimis cor nostrum et animus refloruit, ac ad executionem votorum pia consideratione suscitatum caepit medullitus aspirare. Videmus equidem et certo certius experimur, qualiter Parisius per convocationem et congregationem peritorum et prudentum Franciam irradiat et venustat. Padua cum Bononia totam Italiam clarificat et exornat, Praga Bohemiam illuminat, extollit. Almaniam Uxonia clari-

gom trzy kanclerstwa królewskie, poznańskie, łęczyckie i sieradzkie, tudzież wszystkie prebendy w kollegiacie św.

---

ficat et fecundat. Profecto ad hoc summi dispositione praesidii plurimarum gentium et diffusarum regionum obtinuimus principatum et regni Poloniae praedicti recepimus diadema, ut ipsum regnum doctarum personarum studiis illustremus, quorum doctrinis ignorantiae caecitate sublata de medio, regnum ipsum in tempore Nostri regiminis felicis, caeteris regionibus possimus coequari, non dubitantes id ipsum regni nostri subditis salubriter profuturum. In civitate Nostra cracoviensi locum, in quo studium vigeat generale, in qualibet licita facultate de voluntate, scientia, consensu specialiter et indulto Sanctissimi in Christo patris et domini, Domini Bonifacii divina providentia Papae IX. Sacro sanctae romanae ac universalis ecclesiae Summi Pontificis, ipsum studium benigne per suarum bullarum largitionem et concessionem confirmantis: ut pote in theologia seu sacrae scripturae, juris canonici, physicae, legum et artium liberalium facultatibus nominandum, eligendum, constituendum, ponendum et ordinandum, ac erigendum dignum duximus et tenore praesentium facimus et instituimus temporibus perpetuis duraturum. Sitque ibi scientiarum praevalentium Margaretha, ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum ornatibus redimitos et variae facultatis doctrinis eruditos, fiatque illic fons doctrinarum irriguus, de cujus plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbui documentis. Ejusdem studii generalis, quod in praedicta civitate nostra Cracoviensi Deo propitio ad decus, honorem et gloriam Nostrae sacrae Coronae Poloniae sic, ut praefertur, fundavimus, ereximus et instituimus, incrementa felicia desiderantes ampliare frequentius et longinquarum incolas regionum ad ejus allicere cupientes accessum. Pro cujus quidem studii firmiori stabilimento ac dilatatione et uberius incrementum Neophitarumque praedictae Lithuaniae, caeterarumque gentium clariorem salutis illuminationem, uberemque et perfectam praesertim ad fidei catholicae propagationem nostrae humanitatis viribus assurgere et aspirare praecordialius cupientes, studium generale praedictum almae universitatis cracoviensis infrascriptorum stipendiis et incorporationibus beneficiorum ad Nostram utpote veri patroni collationem praesentationemque pertinentium, singularem ad id gerentes pietatis affectum prout ad hoc ex assumpto dignitatis officio noscimur obligari, de Nostra munificentia speciali praehonorando et benignius largiendo dignum duximus consolandum, ut de tanto suae philauciae celsitudinis, etiam in exteras nationes per floridam fructuum

Floryana, wyjąwszy probostwo i kustodią, a 100 grzywien przeznaczonych na teologów, przekazał *magistrom*

---

salutiferorum multiplicationem et magistrorum, doctorum ac praedicatorum creationem et coelestis prolis foecundam generationem sparsim dilatare et diffundere possit feliciter et valeat, quo se latioribus beneficiorum et refectionum curialitatibus et munificentiis de Nostrae liberalitatis intimis senserit consolatum.

Damus itaque, donamus, conferimus, adscribimus, adjungimus et incorporamus perpetuis temporibus affuturis ejusdem studii generalis cracoviensis sacrae theologiae professoribus, doctoribus et magistris ac universitati, cancellarias nostras regales, tres duntaxat terrarum nostrarum videlicet: Majoris Poloniae, Lanciciensis et Siradiensis, nec non jus Patronatus omnium et singulorum beneficiorum, dignitatum, personatuum officiorum, canonicatuum et praebendarum Ecclesiae sancti Floriani in suburbio nostrae civitatis cracoviensis praedictae, praepositura tum et custodia ejusdem Ecclesiae et duabus villis nostris regalibus, quas ad praesens honorabilis Dominus Sethegius, cantor Vislicensis et cancellarius Siradiensis provisionatus noster in hac parte de nostra speciali gratia possidet, duntaxat exceptis.

Ita tamen, quod in hujusmodi beneficiis assequendis ille sacrae theologiae professor, doctor sive Magister qui primus existat tempore, sit potior in jure et qui onus diei et aestus sentiendo pertulit, primus commodum sic percipiat et honorem, dummodo eidem promovendo caeterae Virtutes ad assequendum hujusmodi beneficium latius suffragentur.

Ipseque sacrae theologiae professor, doctor, sive magister, aliquod de ipsis assecutus beneficiis supradictis, tanquam memor accepti beneficii, ad agendum gratias debitas Nobis et successoribus nostris perpetuo teneantur.

Proviso, quod quamvis in prioribus Nostris literis haec clausula fuisset adjecta, quod cum crescentibus in posterum temporibus, memorati sacrae theologiae professores, doctores sive magistri in tantum de beneficiis supradictis cancellariatibus, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et praebendis assecuti fuerint, quod valor redituum hujusmodi beneficiorum assecutorum et tunc per eosdem pacifice possessorum ad centum Marcas et amplius se extenderit, extunc centum Marcae, de quibus ejusdem sacrae theologiae professoribus, magistris et doctoribus, alias juxta fundationem primariam studii supradicti per Nos provisum extiterat, de quibus etiam centum Marcis in aliis literis Nostris desuper

artium. Tak uposażonéj od Władysława Jagiełły akademii pomnożył dochody Piotr Wysz, biskup krakowski, na-

datis clarius expressum est, atque tantum ad thesaurum nostrum reddere volumus integraliter et reverti. Eandem tamen clausulam et omnia in ipsa contenta attendentes, quod vergebat in Universitatis studii praedicti dispendium et exinanitionem ejus et eversionem omnimodam et totalem; habemus et haberi volumus pro infecta et infectis, ac ipsam et omnia in ipsa contenta revocamus, cassamus, annullamus et viribus penitus vacuamus, simpliciter et absque ulla limitatione praefatas centum Marcas in nostris primaevae fundationis literis contentas perpetuantes et perpetuis temporibus memoratis professoribus, doctoribus et magistris assignantes. Quas quidem centum Marcas, ut praemittitur, in dictis literis nostris primaevae fundationis contentas, simpliciter et prorsus omni conditione semota, praelibatis professoribus, doctoribus et magistris damus, donamus, inscribimus, ac perpetuo et irrevocabiliter assignamus, praedicta clausula penitus non obstante.

Volumus insuper et omnino decernimus, quod praefati sacrae theologiae professores, doctores et magistri, postquam aliquod de beneficiis praedictis fuerint, ut praefertur, assecuti, more solito legere et residentiam personalem facere in praedicta universitate teneantur, sub fide praestiti juramenti et privationis beneficiorum praedictorum, nisi infirmitate non ficta praepediti, aut gravi senio confecti dignoscantur.

Verum, quia artes sunt aliarum ministrae facultatum, volumus quod primo centum Marcae ex vacatione beneficiorum occurentes pro magistris artium juxta priorum formam et modum divisionem principalius deriventur. Tandem sacrae theologiae professores, doctores et magistri caeteri futurorum consolationes et vacationes beneficiorum stabiliter praestolentur.

Et ut omnia praemissa et singula perpetui roboris obtineant firmitatem, praesentes literas nostras in fidem et testimonium omnium praemissorum subscribi mandavimus, ac nostri majoris sigilli pendentis munimine jussimus roborari. Actum in Nova civitate alias Korczyn feria tertia infra octavam assumptionis Sanctae Mariae. Praesentibus Venerandis patribus Dominis Nicolao Sanctae gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopo, Petro Cracoviensi episcopo vladislaviensique. Joanne de Tenczyn castellano, Joanne de Tarnow palatino cracoviensibus, Petro Kmita sandomiriensi, Joanne Ligenza lanciciensi palatinis, Chrisostomo de Ostrow sandomiriensi, Clemente wisliciensi, Michaele de Bogumiłowice lublinensi, Chriso-

dawszy jéj na wieczne czasy za przyzwoleniem kapituły swojéj dwie katedralne kanonie i inne niektóre beneficya, jakoto kaplice św. Maryi Magdaleny i św. Wojciecha w Krakowie, tudzież kościół farny w Luborzycy; instrument téj darowizny wystawił zacny biskup r. 1404.[1]) Władysław

stomo de Coreglow sandecensi, Nicolao de Michałow woynicensi, Imramo Zawichowstensi castellanis, Zbigneo Mareschalco curiae nostrae, Gnievosio cracoviensi et Spytcone Kolczek sandomiriensi succamerariis, multisque aliis baronibus Nostri consilii, Nostris fidelibus. Datum per manus Zadycze cancellarii aulae Nostrae. Ad relationem honorabilis Nicolai praepositi Sancti Floriani Vice cancellarii Regni Poloniae. Anno Millesimo quadringentesimo primo.

[1]) Nos Petrus Dei gratia episcopus cracoviensis, qui superna Divinae vocationis providentia, hujus sacrosanctae sedis ecclesiae nostrae cracoviensis gubernacula possidemus, ut quemadmodum ipse locus in regno Poloniae caeteris eminentior esse dignoscitur, cui divina miseratione praesidemus, sic crescentibus donis rationes etiam donorum crescere debeant. Pastorali officio communi bono maxime circa spiritualia utiliter providere cupientes, ut tenemur et ad ea mentis Nostrae oculos plus debemus dirigere, quibus divinus cultus clarius sublimatur, augentur spiritualia, sacra fides catholica dilatatur et crescit, ac divina Majestas plenius honoratur. Sane cum universitas generalis studii in sacra pagina, jure canonico, artibus liberalibus, ac in aliis literarum scientiis, quae in civitate ipsa cracoviensi necessaria admodum dignoscitur, uberiori fundamento egeat in temporalibus, cum spiritualia sine temporalibus diu subsistere non possunt et aliter doctores et magistros ac alios literarum scientiis viros eruditos atque gratos, quorum scientia ac conversatione vitae laudabili, caeteri illuminari deberent et studere, quomodo in domo Domini oportet conversari, decenter et commode moram trahere et continuare utiliter non posse evidenter videtur, quorum quidem doctorum ac Magistrorum scientiis, moribus atque vita nedum status fidelium decorari debeat, verum ipsa fides catholica in ipsis praesertim neophitis vicinarum partium perfectius roborari et nationes exterae infidelium vicinorum suorum caecitate erroris et infidelitatis erroribus damnabiliter obfuscatae, successive ad verum lumen atque dogma Christianae fidei facilius reduci valeant ac perduci efficatius ad salutem, juxta sententiam sapientiae Salamonis: ibi salus, ubi multa consilia scilicet sapientum. Hac itaque sollicita consideratione accupati perspicacius attendentes, ex hoc ipso multorum bonorum fructum provenire veri-

Jagiełło do dawnych nadań akademii krakowskiéj przydał w roku 1418. kościół farny św. Anny, a w roku 1425.

---

similiter et perfectum honorem almae matris Ecclesiae pariter et decorem Domus Dei ac fidei incrementum orthodoxae, quantisque pululare profectibus dignoscitur ex eo respublica, quempiam dubitare non oportet.

Ideoque volentes praefatis magistris et doctoribus universitatis studii praedicti cracoviensis gratam promotionem et utilem provisionem, quantum cum Deo possumus, impendere et in eo etiam Ecclesiae Nostrae cracoviensi praefatae salubriter consulere, ut ipsa ecclesia de eadem universitate ad minus duos doctores vel magistros in scientiis expeditos in canonicos et in capitulo utiles perpetuis temporibus habere valeat, in qua ultra dignitates officia et alia plura ministrorum ejusdem Ecclesiae beneficia, triginta duo canonicatus et totidem praebendae existunt; duas praebendas quas ad praesens Joannes Szafraniec et Sbigneus Sbignei obtinent, pro eidem magistris, doctoribus ac universitate praedicta, aut alias quos praefati Magistri ac doctores dictam universitatem regentes, cum hujusmodi praebendae simul vel successive, quomodolibet vacaverint, duxerint acceptandas, nec non alias duas praebendas in capellis s. Adalberti et s. Mariae Magdalenae, sive ipsasmet capellas jam datas in civitate cracoviensi existentes, ac etiam ecclesiam parochialem in Luborzyca dictae dioecesis Cracoviensis, de fratrum nostrorum ac capituli Nostrae ecclesiae praedictae Cracoviensis unanimi assensu et consensu incorporandas duximus, praesentibus incorporamus, unimus et annectimus.

Per eosque magistros, doctores et personas hujusmodi universitatis ipsius dum et quando vacaverint, quomodolibet nanciscendas, possidendas et perpetuis temporibus obtinendas, fructus et proventus obvenientes ex eisdem pro utilitate universitatis praedictae, juxta ordinationem eorundem Magistrorum et doctorum rationabilem convertendas.

Ita, quod offerentibus se vacationum temporibus praefati Magistri et doctores ne divinus cultus in ecclesiis, capellis et beneficiis ejusmodi negligatur, inter se personas idoneas eligere debeant, quae in ipsis beneficiis deservire debeant, institutione canonica ab episcopo loci, aut suo vicario primitus habita et obtenta; ac portione eisdem instituendis congrua assignata de eisdem proventibus, de qua laudabiliter vivere valeant et incumbentiae onera supportare.

In cujus rei testimonium praesentes fecimus literas fieri, et nostri sigilli ac capituli nostri appensione muniri. Datum et actum

dawniéj wyłączoną kustodyą św. Floryana.[1]) W roku

Cracoviae feria secunda post Dominicam Exurge quare etc. in domo nostra Anno Domini Millesimo quadringentesimo quarto. Praesentibus honorabilibus et discretis viris Ottone scholastico, Joanne custode, Nicolao de Lapanowo canonicis cracoviensibus, Joanne de Padwa et Bartholomaeo de Bochnia notariis publicis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

[1]) In Nomine Domini Amen. Ad regiae dignitatis munificentiam pertinet pro republica bene agentibus et praecipue viris scientiis liberalibus et sacris canonibus et scripturis theologicis eruditis, qui per literarum studia legendo et rudes seu indoctos instruendo, et alios illustrando indefessis laboribus se exercent, virtutum praemia tribuere et ut ipsi retributionis emolumenta percipiendo congrua, ad exequenda quae ipsis incumbunt, alacriores reddantur, caeterique eorum exemplo etiam spe firma refecti, ad acquirendum bravium in eisdem scientiis ferventius elaborent.

Proinde ad perpetuam memoriam rei Nos Vladislaus dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae etc. Princeps supremus Lithuaniae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et haeres. Ad notitiam omnium et singulorum, quibus expedit universis tam praesentium quam futurorum, deducimus per praesentes, quod flagranti desiderio cupientes, generale studium in civitate nostra cracoviensi per Nos fundatum et certis privilegiis, libertatibus, juribus, exemptionibus communitum, magis radicare ac firmare, ut dilatato sui tentorii funiculo, uberiores producat fructus, milites quoque et professores fidei catholicae generet, qui obscura dilucident, enigmata reserent, errantes ad viam veritatis reducant ac possint in die tentaminis, dum et quando tam Reipublicae seu regno nostro, quam orthodoxae fidei ingruerit, resistere ascendentibus ex adverso, ad laudem divini nominis, Venerabilibus viris professoribus, doctoribus et magistris, Almae universitatis studii in civitate nostra cracoviensi, nec non venerabili et religioso Domino abbati de Clara Tumba, alias de Mogila pro tempore existenti devotis, nobis sincere dilectis, pure simpliciter et irrevocabiliter, nec non in perpetuum de nostra munificentia ac liberalitate regia speciali tradimus, concedimus et donamus per praesentes jus patronatus ecclesiae parochialis sanctae Annae in civitate nostra cracoviensi, quod jus ad praedecessores nostros, recolendae memoriae reges Poloniae, qui pro tempore fuerunt et nos deinde atque hactenus pertinuit, et qui quidem reges successive fuerunt et nos etiam fuimus hucusque in pacifica

1462. Tomasz, biskup krakowski tudzież konwent tyniecki

possessione, vel quam juris antedicti. In ipsos quoque professores, doctores et magistros ipsamque universitatem et abbatem antecedentes idem jus patronatus transfundimus et transferimus, renunciantes eidem juri patronatus Ecclesiae sanctae Annae praedictae totaliter et omnino, nec aliquid pro Nobis et nostris successoribus regibus Poloniae in eodem jure patronatus penitus reservantes.

Ut autem omnia et singula praemissa robur firmitatis perpetuo obtineant, praesentes nostras literas scribi jussimus, nostrique majoris sigilli munimine roborari in fidem et testimonium omnium praemissorum. Datum Cracoviae in crastino innocentum, ipso videlicet die beati Thomae pontificis et martyris. Anno Domini 1418. Praesentibus reverendo in Christo patre Domino Alberto Dei gratia episcopo cracoviensi, regis Poloniae cancellario, venerabilibusque ac nobilibus viris Petro Volframi Licentiato in decretis, scholastico gnesnensi, canonico cracoviensi, in regno Poloniae et provincia gnesnensi Camerae apostolicae collatore, magistro Nicolao Hincz, canonico cracoviensi, thesaurario nostro, Nicolao de Michałow Palatino sandomiriensi, capitaneo cracoviensi, Clemente Wantropka de Strzelce generali terrae cracoviensis procuratore, multisque aliis nostris tam saecularis quam spiritualis status fidelibus, fide dignis. Datum per manus praedicti domini Alberti Episcopi cracoviensis et venerabilis viri Domini Joannis Szafraniec decani et canonici cracoviensis ejusdem regni Vicecancellarii, nobis sincere dilectorum. Ad relationem Serenissimae principis Elisabeth dei gratia reginae Poloniae.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithuaniae princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et Haeres. Significamus universis quibus expedit, praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quod cum supernae dispensationis provisio, cui consilia non communicant aliena, nos ineffabili dignatione de gentilitatis erroribus ad lucem, de tenebris ad sui nominis agnitionem eduxit misericorditer, mirabiliter et vocavit, ac tandem ad regalis dignitatis fastigium et gloriae solium, licet nostris insufficientibus meritis, gloriosius exaltavit; ad hoc laboriose meditationis indagine propositorum nostrorum studia dirigimus, curamque nostrae diligentiae praestantius extendimus, ut quos olim in erroris vetusta caligine constituti socios tenebrarum habuimus, signanter indigenas terrae nostrae Lithuaniae, quos Illo volente, qui caelestia simul

nadali akademii kościół św. Mikołaja w Krakowie, a Pius II.

et terrena dirigit, ad assumptionem et integritatem fidei catholicae feliciter attulimus, per assuefactionem et exercitium piorum operum, sine quibus ipsa fides vacua fore noscitur et inanis, in lucis filios deo duce totaliter convertamus. Horum tamen ope pariter et opera, quorum animos candor aeternae lucis doctrinae et sapientiae plenitudine decoravit, in fundamentis videlicet et profunditatibus scripturarum expertorum, quorum ex approbata prudentia consiliis altissimis thalamus roboratur regius, et actibus virtuosis Reipublicae stabilitas semper salubribus proficit incrementis. Ideo pro nostri studii generalis almae universitatis cracoviensis firmiori stabilimento ac dilatatione et uberiori incremento, neophitarumque praedictae Lithuaniae, caeterarumque gentium clariori salutis illuminatione uberiori et profectu, praesertim ad fidei catholicae propagationem nostrae humanitatis viribus assurgere et aspirare praecordialius cupientes, studium praedictum infrascripti beneficii incorporatione ad nostram utpote veri patroni donationem, praesentationem atque pertinentem singularem ad id gerentes pietatis affectum, prout ad hoc ex assumptae dignitatis officio noscimur obligari, de nostra munificentia speciali prachonorando et benignius largiendo dignum duximus consolandum. Ut de tanta ubertate studii praedicti etiam in exteras nationes per floridam fructuum salutiferorum multiplicationem et magistrorum, doctorum et praedicatorum creationem et caelestis prolis fecundam generationem sparsim dilatare et diffundere valeat feliciter atque possit, quo se latioribus beneficiorum et refectionum curialitatibus et munificentiis de Nostrae liberalitatis intimis senserit consolatum.

Damus itaque, donamus, conferimus, adscribimus, adjungimus et incorporamus temporibus perpetuis affuturis ejusdem studii generalis sacrae theologiae professoribus, doctoribus et magistris custodiam Ecclesiae sancti Floriani in suburbio nostrae cracoviensis civitatis, exceptione de eadem custodia in nostro privilegio priori non obstante.

Ipse quoque sacrae Theologiae professor, doctor ac magister, qui post mortem honorabilis viri Nemyerze ibidem nunc custodis assecutus fuerit custodiam suprascriptam, pro nostra ac Sophiae consortis nostrae, nec non domini Alexandri alias Witoldi magni ducis Lithuaniae salute ad Dominum jugiter interpellet. Volumus insuper et omnino decernimus, quod praefatus Sacrae Theologiae professor, doctor vel magister, postquam ipsum beneficium adeptus fuit, legere ac residentiam personalem facere in praedicta uni-

papież nadanie to potwierdził 1462 roku. [1]) Król Albrecht

versitate more aliorum circa praedictam ecclesiam promotorum teneatur.

Et ut ipsa praemissa et singula perpetui roboris obtineant firmitatem, praesentes literas nostras in fidem et testimonium omnium praemissorum scribi mandavimus, ac nostri majoris sigilli munimine jussimus roborari. Actum et datum in ecclesia cathedrali nostri castri cracoviensis, ipso die dominico, quo *Invocavit* in Ecclesia Dei decantatur. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto. Praesentibus reverendis in Christo patribus, Dominis Alberto, archiepiscopo gnesnensi, Sbigneo episcopo cracoviensi, nec non honorabilibus et magnificis Vladislao Oporowski decretorum doctore, scholastico vladislaviensi, Magistro Andrea de Kokorzino s. theologiae baccalaureo formato custode sandomiriensi, Sandzivogio de Ostrorog, palatino posnaniensi et aliis quam pluribus testibus fide dignis. Ad relationem Venerabilis viri Stanislai Ciołek Vicecancellarii regni Poloniae.

Domine mi candidate! V. D. Magistri, qui ingenuis juvenibus, de quibus spem aliquam bonam, concepti sunt, nunquam deesse volunt petitioni tuae locum relinquendum putaverunt, vel eo maxime nomine, quod a praeceptore Tuo et a quibusdam aliis D. Magistris ita commendatus es, ut Te beneficii hujus memorem semper et gratum fore, huicque almae universitati olim non inutile sibi persuadeant. Quare, ne spem nostram de Te conceptam defraudes, curandum tibi sedulo erit. Abi itaque in Dei nomine, de Fisco et phisicor. quando quidem Tibi . . . condonata sunt minime sollicitus. »

Modus examinandi primae laureae cupidos.

Regula 1. Decanus cum examinatoribus prima hora, dici primae examinis genibus flexis, una cum candidatis divinum auxilium invocabit, recitante illam antiphonam: Veni Sancte Spiritus. Iter Emitte. Spiritum cum oratione.

2. Tria candidatis mandare debet: 1. Ne acta examinis audeat cuipiam potefacere. 2. Ne alter alterius naso adunco responsa, orationes, omnia dicta aut facta irridere sit ausus. 3. Ut si quispiam repertus fuerit parum dignus in bonis artibus honore, reiciatur a promotione, non per extraneas recipi personas curet, sed duntaxat idem semet ipsum vel per praeceptorem suum. Item ne magistrorum argumentationes in minimis et parvis habeant, nec easdem flocci habeant; quae omnia stipulata manu se facturos promittant.

3. Decanus Thematis omnium candidatorum grammatices, antequam ipsi dicere incipiant, verba recitet, illosque animo hilari et audenti dicere jubeat et dicentum errores in omnibus grammaticae partibus annotet, ut objurgandi et exprobrandi solecismos et barbarismos occasionem habeat.

4. Finita oratione et themate a candidato, quaerat decanus cujus illa sit generis? quot partium? qui confirmationis loci? quaestionemque male decisam, si ita sit, dicat, vel etiam si elaborata sit, commendet.

codziennie *exercitationes super genera causarum*; tak w łacińskim, jako i ojczystym języku; miewa także co-

5. Decanus utriusque domus ad examen ornatus disputantium vestibus ingrediatur. Examinator majoris collegii absque epomide, minoris cum epomide.

6. Decanus in toto examine humanitatis et officii sui ita meminerit, ut neque sit nimium facilis, neque nimium severus, sed mediocritatem conservet, benigne objurget, negligentes et qui memoriter et jucunde non recitarunt accusset, laudet autem parcissime et verecunde.

7. Examinatores inhumanius et prolixius disputantes authoritate sua compescat et serius ad examen venientes admoneat, ne munus sibi delegatum aspernent, aut negligientias obeant.

8. Decanus interdum ab examinatoribus proposita argumenta dissolvat, ne quid dissolutum relinquat, exercendi candidatorum ingenii causa.

9. Decanus antequam finiat primum thema, potest facta convocatione ad examen admittere, quotquot oblati fuerint.

10. Quemadmodum primum ex grammaticis thema singuli candidati singulis horis absolvunt, ita reliquarum omnium lectionum capita omnes una hora expedire necesse est.

11. Quemadmodum singuli candidati primum ex grammaticis thema a Decano accipere perpetua lege soliti sunt, ita efficiendum esse, ut primus in ordine ex dialecticis a primo examinatore accipiat, secundus a secundo, tertius a Decano. Ex veteri arte a secundo examinatore primus candidatorum, a decano secundus, a primo examinatore tertius. Hic jam ordo usque ad finem examinis servandus.

12. Admoneat decanus, ne candidati aliunde petant interpretationem capitulorum omnium lectionum, quam ex illis scriptoribus, qui sunt ad explicandum propositi, utque brevitatem celeritatis matrem in explicando ament.

13. Caveat decanus, ne candidati eadem de re capita ex Caesario et dialectica Aristotelis, sed diversa et diversis de rebus interpretent. Decanusque id egregie providebit, quoniam ille unicus omnia themata librorum qui in gradu requiruntur, dividit, describitque et descripta examinatoribus tradit.

14. Si plures erunt candidati quam 13. balneum octo denis grossis redimant, si 13 tantum, aut etiam pauciores quaternis et vicenis. Quam pecuniam dispensatores in manus Decani ante bal-

rocznie panegiryk łaciński na pochwałę ś. Stanisława biskupa i męczennika w katedrze krakowskiéj; bierze za

---

neum reddere debent, inter omnes examinatores et decanum dividendam.

15. Fuit antiquus academiae mos, ne utriusque laureae cupidi themata examinis, prima cum orationibus ullis, quacunque de re voluerint, habendis, explicarent: sed iste mos jam plane antiquatus est.

16. Post absolutam Aristotelis dialecticam sub finem horae de conversionibus propositionum et sylogismorum decanus cum examinatoribus quaerat ex candidatis, et sententias quasdam graecas, seu verba illis interpretanda proponat. Peritos utriusque rei verecunde et parce laudet; imperitos ad linguarum et dialecticae caeterarumque artium amorem excitet; idemque fieri in examine magistrorum.

17. Absoluta re Dialectica, epistolas a singulis candidatis proposito argumento decanus scribi jubeat, et una prius hora quam solitum sit, prius veniendum illos esse hortetur, qua effluente redeat cum examinatoribus, et totam horam in examinandis epistolis conterat. Nunc mos est post finitum examen tradendae epistolae.

18. Spheram cum computo conjungendam extremo loco et nil a studiosis pro illa accipiendum. Quae duo ea die bene mane interpretabunt, quo praeeant illic necessaria paraturi.

19. Si candidatum quempiam utriusque examinis intra examen in morbum incidere contigerit, omnia themata explicationis suae neglecta ut primum convaluerit, prima illa hora omnium explicabit.

20. Decanus in disputationibus sabbathivis diebus cum examinatoribus, si eorum classis inciderit, liber est toto utriusque examinis tempore. A lectionibus autem si alii Professores legerint, et disputatione die dominico liber esse non potest, sed utrumque per alium absolvat.

21. Festum collegii tempore examinis violari non debet, nisi summa cogat necessitas. Item convocatio publica impedire propter examen.

22. Primae laureae candidati duabus tantum septimanis et uno ad summum die septimanae tertiae examinari debent, ita ut prior septimana in studio grammatices una cum singulis hora consumatur; posterior in reliquis lectionibus, ita ut omnes una hora absolvi queant.

23. Absoluto omnium candidatorum primae laureae examine, decanus cum Examinatoribus candidatisque et illorum servulis in

lekturę pensyi rocznéj złotych 500. Obierany bywa przez akademią. »

---

balneum eat et a singulis tam servis balnei, quam hospiti solvat, neque curet balneum conduci, nec pro his quicunque capillum tondi jusserint, aut ventosis utuntur, quidquam solvat, nec ab externis promotores ergo candidatorum et aliae personae hinc excludi debent.

24. Nec decanus cum examinatoribus, nec candidati ibunt in balneum epomidati.

25. Si nullum in balneo paraverint obsonium candidati, non graviter et iniquo animo ferat. Consuetudo tamen obtinuit, ut vinum malvaticum cum pane albo in aliquot patinis, quosdam delicatiores cibos coronis etiam tempore aestivo adhibitis parent, quae quidem D. Decano cum D. Examinatoribus balneo egredientibus et jam ad mensam accumbentibus primus candidatorum in ordine offere, utque grato animo suscipiant ea omnium nomine petere solet, cui decanus breviter respondet in hunc sensum:

Egregii D. Candidati! Nos quidem tantum refectionis hujus apparatum a D. V. non requirebamus, nec pro jure nostro aliquo requirere, aut exigere possumus, ista enim apponere, vel non vestri erat arbitrii, quia tamen D. V. tanti nos faciunt, ut etiam eo officii liberalitatisque genere, studia nostra testari nobis voluerint, gratias D. V. eo nomine agimus ac habemus, ac quemadmodum in toto examinis cursu nostram benevolentiam et humanitatem cum in allis negotiis, tum etiam iis, quae nobis offerebant, satis, ut puto, prolixie, D. V. declaravimus, ita et nunc quidquid id est quod offertur, non modo grato, sed gratissimo etiam et promptissimo animo nos suscipere, nec tam cibaria haec, quam Voluntates D. V. complecti, et exosculari D. V. certo sibi persuadere debent.

26. Simul omnes ex balneo exeant cum decano candidati, illisque decanus in foribus collegii horam susceptionis privatae illo die significat et praeceptores suos consuli, quid fiat, isthic jubeat; debent autem ad minimum 14 grossos decano et examinatoribus componere ejusdem supsceptionis causa.

27. Candidati utriusque ordinis privatim suscipiendi absque epomide ad dominum examinatorem veniant, a D. Magistris non epomidati recognitiones petant, et illis negligentes publice suscipi debent. Obtinuit contrarium usus.

28. Sapientes duo, si in balneis non fuerint, tres grossos a decano examinatoribusque accipiant, et grossos 4 loco prandii more majorum.

« Inne lektury, które professorowie na przemiany czytają, są następujące: *Controversiae inter peripateticos,*

Nota 1. Decanus cum examinatoribus et candidatis primus post omnes D. Magistros ad offertorium die publici mandati eat, suis insignibus ornatus, caeteri epomidati omnes

Nota 2. Epomidati tamen magistri ad omne mandatum (ut dicitur abibunt) exceptis 4. Anni temporibus, cum tabardati incedere debebunt. Item doctores ad aram accedent; reliqui omnes professores circa aram ad offerendum ire debebunt, decano statim post doctores ante baccalaureos Theologiae in omnibus publicis actibus locum habente.

Modus susceptionis privatae.

Regula 1. Candidati utriusque ordinis ex numero suo eligant duos, qui compositam ratione privatae susceptionis pecuniam examinatoribus cum decano offerant, eosque sibi benevolos et suis competitoribus ejusdemque ordinis hominibus efficiant. Quibus respondebit decanus, quod opportunum duxerit, prius tamen illos jubebit dare locum deliberandi, postea revocatis illis respondet in hunc sensum: « Domini Examinatores id quod oblatum est grato suscipiunt animo. » Deinde singulis ingredi ordine jubebit, solet autem ordo primi tituli cum ratione aetatis eruditionisque cujuslibet fieri, tum vero potissimum ratione senii ejus Magistri, qui commendavit discipulum, ita ut petens ultimo loco constituatur. Secundi tituli ordo ratione promotionis prioris fiet.

2. Decanus ex quolibet candidato imprimis quaerat, an se dignum isto, tam insigni titulo existimet. Non annuente illo, orationem illius omniaque responsa in examine vel parcissime laudabit, vel asperioribus verbis objurgabit, ut objurgatione incitatus animus ad summam laudem et virtutis fastigium ardentius properando perveniat. Idemque examinatoribus faciendum est.

3. Absolutis sigillatim omnibus, ingredi omnes simul jubeat, illosque elaborata oratione ad studia omnium artium totiusque philosophiae, trium linguarum adhortabit, ut seduli secum ipsum meditent, quod turpe sit baccalaureum artium et philosophiae, nihil tamen artium philosophiae cognovisse, ut summae honestati et laudi in dictis, factis, cogitationibus universis serviant, utque sanctissimam pietatem toto pectore amplectuntur. Idem examinatores faciant, quo facto digredi eos jubeat ad persolvendas Deo gratias, quod examen non infeliciter sit finitum, atque petendum, ut reliqua quae restant omnia cum toto vitae cursu divina protectione

philosophia ecclectica, pneumatologia, macrocosmologia, microcosmologia, ethica, politica, oeconomica, meteoro-

---

gubernentur. Item ut vestitum suum honore dignum cum optimis moribus semper deferant et resignationes (?) lectionum ita petant dari sibi, ut fiscarius de illis non querat, utque de suo promotore sint solliciti.

Modus susceptionis publicae.

Observatio 1. Candidati ad minimum taleros duos publicae convocationis causa dent oportet decano.

2. Publica susceptio fieri non debet per leges, nisi octava ad minimum die post susceptionem privatam.

Forma susceptionis publicae.

Egregie D. Doctor et M. Venerabilis. Adsit humanitas Tua die hodierna hora 19 in hypocausto communi majoris collegii, dum signum campana datum fuerit, ad videndum praesentari personas pro gradu baccalaureatus in artibus examinatos per R. Patrem Joannem Kurelovium S. T. Doctorem, Stanislaum Cyrus Crac. per V. D. Magistrum Valentinum Fontanum, Francisum Clepardiensem, per V. M. Martinum Szlachciński, Felicem Krasoński, Stanislaum Proseoviensem, Stanislaum Kureloviensem, per V. D. Petrum.... Gaspar. Bałkovium et Joachimum Łoziński; hic tantum dicuntur exprime nomina omnium magistrorum cum suis discipulis jam examinatis. Item ad determinandum et finaliter de iisdem concludendum, de eorum admissione. Detur omnibus D. doctoribus et magistris Philosophiae professoribus sub poena non contradicendi. Ex parte decani Facultatis Artistarum.

Nota 1. In recensendis Magistrorum nominibus ut DD. Pilsno visum est, praepositio potest semel tantum usurpari, similiter et dictio pluralis numeri VV. sine iteratione ulla hoc modo: Per R. Patrem D. Joannem Cureloviensem, Stanislaum Cyrum Crac. Per V. D. M. Clementem Wielicium, Sebestianum Vielicensem, M. Martinum Gilevium Crac. Felicem Krasoński, Stanislaum Proseov. et ad determinandum fideliterque de eorum admissione concludendum.

Regula 1. Decanus antequam superiorem convocationem legat, istos juvenes proxime superioribus diebus praesentatos, ad examenque consensu publico admissos praefabit, atque a se ipso DD. examinatoribusque, diligentissime examinatos nec indignos esse prima laurea, in primis disciplinis propter ingenii acumen inventos. Nunc autem, ut et a suis praeceptoribus praesententur convocatio-

logia, phisica magni Alberti, de sensu et sensibili, de animalibus et plantis. Commentationes dialecticae, ter-

nem esse datam, sic poterit praefari: V. Magistri! feci convocationem D. V. ad videndum praesentari juvenes quosdam pro gradu baccalaureatus jam in artibus examinatos proxime superioribus diebus ad examen consensu unanimi D. V. admissos, cujus convocationis iste est tenor.

2. His convocationem dictis legat, et an locus illi sit ex omnibus cognoscat. Quo obtento quaerat decanus, num aliquis D. Magistrorum sit D. Candidatos praesentaturus hoc modo: Si aliquis est ex D. V. qui velit D. Candidatos praesentare, nunc animi sui sententiam exponat. Interim prodeat in medium Hipocausti futurus promotor candidatorum epomidatus, non tamen tabardatus, ac istius modi oratione utatur.

Est mihi in animo eximie Domine Decane vosque magistri dignissimi istos juvenes, proxime superioribus diebus in artibus humanis, philosophia et mathematicis disciplinis perdiligenter examinatos excellentiis Vestris praesentare, si hoc permissu et authoritate Vestra mihi concessum esse intellexero, qua de re deliberent quaeso et me faciant certiorem.

3. Decanus petentem magistrum dare locum deliberandi jubeat, et singulos magistros, num illique petitioni annuunt, percontetur.

4. Si annuerint introvocari illum ab ultimo magistro Decanus jubeat, et de voluntate suffragiisque magistrorum significet hoc modo: V. D. Magister omnium unanimi consensu concessa est D. V. facultas praesentandi. Qui magister pro eo erga se studio gratias agat omnibus D. Magistris, egressusque ex hypocausto ornamenta disputantium induat, epomidatusque et tabardatus introductis in hypocaustum candidatis, ita loquatur:

Suffragiis et permissu Vestro Excellentissime Domine Decane, Vosque magistri doctissimi hos juvenes, quos coram cernitis debite examinatos et non indignos prima in artibus humanis laurea inventos, propter suavissimos mores, singularemque eruditionem Excell. D. praesento et quemadmodum de facie jam noti sunt, ita et de nomine etiam noti esse possint, eorumque omnium nomina et cognomina e charta recito, quolibet ad nomen dicturo: adsum. Primus est in ordine A. secundus B... his praesentatis statim petat, praesentibus iisdem dari sibi facultatem promovendi in haec verba: Peto etiam a vobis Excell. viris una cum D. Candidatis, ut ad extremam determinationem primi in artibus et philosophia ho-

mini distinctionum, rhetorica sacra, historia philosophiae, historia regni, historia vetus sive universalis, arithmetica vulgaris in integris et fractis.«

---

noris summa authoritate et consensu Vestro admittantur. Decanus jubeat promotorem una cum candidatis paulisper discedere, donec revocet.

5. Interim decanus cum examinatoribus fidele testimonium de illorum ingenii acumine, artium, linguarum, philosophiae cognitione et scientia perhibebit hoc modo: V. D. Magistri, quoniam res ipsa admonere videtur, ut ego interim una cum dominis examinatoribus de D. Candidatorum ingenio, in studiis literarum profectu testimonia proferam, proinde sciant D. V. illos esse quosdam qui nobis et ingenii acumen industriamque suam et studium morumque gravitatem satis egregie responsis et decisionibus suis probaverunt, praesertim vero primus, secundus, tertius etc. de penultimo quoque est magna spes, qui si in dicendo se exercitare voluerit, non postremus in hac facultate habebitur; ultimo quoque non deest ingenium; caeteri frigidiores quodammodo sunt visi, sed his aetas ipsa et timor, pudorque innatus patrocinatur, fit enim saepe, ut cogitata et premeditata timore et pudore prohibente effere in loco insolito et personis non valeamus, habent tamen et hi suas commendationes. Sed et dominos examinatores in loco suo testimonium ea de re prolaturos credo; proinde quaero: num sint admittendi?

6. His ita peractis promotorem cum candidatis prae foribus stantem revocari curabit, eumque his verbis alloquetur: V. D. Magister! data est D. T. potestas istos D. Candidatos promovendi, primamque lauream illis quandocunque voluerit decernendi, cum propter singularem industriam eruditionemque Tuam, tum propter eximiam spem, quam V. Magistri de D. Candidatis concipiunt certis tamen quibusdam conditionibus per D. Candidatos servandis. Hic depositis ornamentis Decanus promotorem sedere jubebit, candidatos autem, ut propius accedant monebit, quos in hunc sensum alloquetur:

Domini Candidati! Vos interim mihi haec quatuor bona fide promittatis oportet, idque manu stipulata; sub hac enim conditione admittemini ad ultimam determinationem, si ista 4. vos facturos bona fide pollicemini. Primo autem polliceri debetis, ut lectiones audire pro assequendo gradu caeptas ad finem usque audiatis, nisi quid grande impediat. Secundo, ut mores multo quam olim graviores prae vobis feratis, hi autem in vestitu, in corporis motu, in incessu et in sermone apparere debet. Tertio, ut omnia, quae solvenda sunt Fiscario solvatis, aliter enim...

« Uczenia tych traktatów dwie są konieczne potrzeby i dwa pożytki. Pierwszy z strony professorów, albowiem

---

Tu rękopism znacznie przerwany zaczyna się znowu od słów:

Observatio tertia. Promotor in Cathedram non ascendat, nisi fiscarius ab omnibus candidatis satisfactum sibi esse sit vestitus.

4. Candidati die promotionis ante promotionem in hypocaustum commune majoris collegii conveniant, quibusdam de rebus tractaturi, instruunt illic interim Sapientes, eisque significant, qui praeceptoribus suis et quantum offere velint, iisdem puta sapientibus attentos grossos dare solent, iidem candidati singuli grossos conferunt et contribuunt, ita numerus grossorum numero candidatorum respondeat, quam pecuniam inter se divident, Tertianus cum servitore Decani Si Decanus ex majori collegio fuerit, alias soli Tertiano haec pecunia cedit, ut qui mensam D. Examinatoribus in loco commodo singulis applicuerit diebus per totum examen.

5. Epomidati tantum venire debent candidati in majus collegium ad lectorium pridie promotionis suae eleganter ex omni parte tapetibus ornatum atque ordine ea consedere loca, qui axiomata defendentium est proprius.

6. Explicato axiomate a candidatis egrediendum illis erit monitu et jussu promotoris ante fores lectorii et assumenda disputantium ornamenta, postea statim redeundum et cathedrae sedes ordine occupandum, affirmante promotoro illo loco jam non dignos esse.

7. Promotor interim quaestionem disputantium more tractet, et in utramque partem disputat, deinde eam omnibus et singulis candidatis determinandam et dissolvendam committat.

8. Absoluta quaestione professionem fidei promotore admonente candidati recitabunt, jurabuntque se omnia religionis catholicae puncta, consuetudines, decreta tenere et tenturos in hoc in omnibus omnium generum promotionibus fieri solet, primus in ordine ea omnium ex libro recitabit, quae ad eam professionem in synodo tridentina constituta pertinent, reliquis satis dicere erit: Ego N. spondeo, voveo et juro. Sic me Deus adjuvet et sancta Dei Evangelia.

9. Tandem orationem suam Promotor quacunque de re voluerit, potissimum tamen de philosophia morali habeat.

10. Sub finem orationis admoneat tacite et laudet aperte candidatos, illisque virtute legum academiae a sanctissima sede apostolica et Poloniae regibus data, primum in bonis artibus et philosophiae honorem decernat, idque in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

czytaniem ich wprawiają się i sposobią professorowie do uczenia kursu filozoficznego, a wyćwiczeni w partykular-

---

11. Sapiens clara voce si quam habet fabellam illam recitabit, atque iterum 3. candidatis proponet: 1mo ut biennio in academia laborent. 2do ut eum honorem in nulla academia resumant, nec eum sibi patiantur decerni. 3tio ut bonum universitatis promovere curent.

12. Sapiens clara voce narrabit, quae singuli candidati nummorum suis praeceptoribus obsequia deferent, eosque palam enumerabit.

13. Aget etiam candidatis sapiens pro pecunia sibi numerata et illorum nomine promotori gratias agat necesse est, et ad prosequenda reliqua hortabitur.

14. Promotor deo immortali, rectori, doctoribus, magistris et F. studiosis gratias agat honorifica oratione, suam gratitudinem polliceatque.

Exemplum literarum primae laureae.

In nomine Domini.

Nos Martinus Gilevius Artium Liberalium Magister et Philosophiae doctor, minoris Collegii collega et Philosophicae Facultatis Decanus, una cum N. academiae Cracoviensis Magister philosophus et Artium doctor, universis et singulis has literas lecturis salutem in Domino.

Cum constet nostri esse muneris omnibus bonarum artium studiosis nusquam deesse illorum commodis omni loco et tempore consultum velle, ut nemo sit, qui recte quaeri possit aliquando nostram operam et studium sibi defuisse: maxime vero illis, qui strenuam operam optimis literis navarunt et illustre aliquod specimen animi ingeniique sui, tum in disputationibus publicis, tum in examine praebuerunt, hocce ipsum in ingenuo juvene Martino Campiano Leopoliensi, abunde expressi essemus, non indignum judicavimus, quem omnibus et singulis eum his literis commendaremus. Is enim in academia cracoviensi a puero adhuc modestissime vixit, feliciter ingenuis artibus operam navavit, examinique severo (quod anno 1601. pro Quartuali Pentecostes fuit) subiicere se non est veritus, ubi argumenta sibi objecta non modo eleganter diluit, verum etiam quaestionem in diverso artium genere propositam, acute et cum quodam diligenti inquisitione excussit, quare in corona . . . . virorum una cum aliis candidatis artium liberalium et Philosophiae Baccalaureus est pronunciatus. Quod illi felix ac faustum, Reipublicae autem utilissimum Christianae esse cupi-

nych filozofii częściach, mają już gotowe *promptuarium*, z którego łatwo formują *integrum corpus* téj nauki.«

mus, atque propter egregias illius animi dotes, quas in eo comperimus, cupimus esse omnibus commendatissimum, petimusque, ut juvenem tam praeclarum, de bonis literis meritum et optimis moribus ornatum sua gratia et omni officiorum humanitatisque genere prosequi velint, concepimus enim bonam spem de hoc Martino N. fore, ut propter suavissimos mores, singularemque eruditionem omnibus gratiosus esset, daturusque ut omnem operam ut plurimis obsequis, ingenio, virtute, et morum elegantia, optime de omnibus mereri studeat. In cujus rei fidem ac testimonium his nostris literis sigillum facultatis nostrae appensum esse volumus. Datum Cracoviae in Collegio minori A. D. 1601.

Convocatio die s. Aegidii et Gregorii.

Egregie D. Doctor adsit humanitas Tua hodierno die in hypocausto communi Majoris Collegii dum signum Campanae datum fuerit ad recipiendas ex ordine lectiones futura commutatione legendas, sub poena non contradicendi. Detur D. Doctoribus omnibus artium et philosophiae professoribus ex parte decani Facultatis Artistarum.

Observatio 1. Decanus antequam convocationis literas leget hunc esse morem cum academia simul natum, ut annis singulibus D. Professores lectiones bis accipiant, ad easque legendas sexe tempestive praeparent, huncque hodiernum esse diem, ac propterea istis verbis datam convocationem, moxque eam legat, et an locum habeat, perquirat.

2. Dato convocationi loco Regii Professores absque sorte, quae sublata annis praeteritis est per Senium promotoris, accipiant artistarum lectiones, eas tamen, quae ante duas commutationes lectae fuerint, post regales plebanus zielonecensis et pro festo praedii Tronovicensis, tandem ratione promotionis reliqui Magistri accipient lectiones.

3. Minor consiliarius omnium magistrorum lectiones et nomina scribat, proxime decanum sedens. Decanus autem clara voce eosdem repetat.

In crastino Sancti Bartholomaei et sabbatho Dominicae *Invocabit*, Decanus intimabit: Hodie et sequentibus diebus ex nona hora in decimam, aut si hyberna commutatio est ex 13 in duodecimam lectiones transferantur. Datum decanatus sub sigillo.

»Powtóre, ponieważ według ustaw akademii każdy professor powinien być *actu laborans*, wszyscy zaś razem

---

In principio Caniculae, in Vigilia s. Margarethae et sabbatho Dominicae *Invocabit* talem intimationem faciet obsignatam: Decanus Facultatis Artistarum mandat omnibus baccalaureis facultatis praedictae, ut hodierno die in lectorio Galeni conveniant accipiendi causa lectionum cum horis et lectoriis pro complendo illorum biennio legendas. Item ad alia audienda, quaecunque ad illorum statum et dignitatem pertinebunt; sub poena 18 grossorum. Datum decanatus sub sigillo.

Observatio 1. Decanus ad eam convocationem suis insignis ornatus ingredi debet et pauca praefatus de honestate et utilitate baccalaureorum et studiosorum, statuta legat utrosque, ita ut superius scriptum est, ornatissima oratione ad studium pietatis colendae, virtutum, artium, linguarum, philosophiaeque amorem et lectionum disputationumque omnium admoneat: Egregii Dom. Baccalaurei! Sciunt D. V. advenisse jam dies Ethesiarum, vulgo quos dicunt caniculares, sive quadragesimales, tempus hoc, quo D. V. lectiones legendi authoresque interpretandi bonos potestatem ab inclyta academia in publicis hisce lectoriis concessae habeant, noluit enim mater indulgentissima, et etiam honoris dignitate et praerogativa D. V. defraudare, qua in parte, ne et ego D. V. immo et publicis commodis deesse videar, feci convocationem D. V. pro accipiendis ex ordine lectionibus una cum horis et lectoriis, in quibus explicandis D. V. eam adhibebunt diligentiam, ut et juventus ex laboribus Vestris utilitatem et academia honorem et vos ipsi laudem possitis reportare. Ad quam quidem rem multa certe sunt, quae vos incitare debent: Imum quidem juramentum jam pridem et ad manus decani et publice praestitum, diligenter significat, vos in academia per totum a promotione biennium laboraturos, deinde et leges, statuta universitatis, quae ego nunc lego etc. (servaturos?) Ad haec spes et expectatio de vobis ab academia concepta, praesentia insuper studiosorum, quorum vos utilitati inservire debetis, ad extremum honor, laus, expectatio, quam inde estis relaturi. Quod si aliquem forte laus non movet, aut saltem ignonimia, quae ignavos et negligentes sine dubio consequi solet, movere debebit. Laborabunt itaque D. V. sponte et ultro fideliter et summa cum alacritate pro incremento studiorum bonorum et laude universitatis nostrae, nunc et messis vestra, in qua si pro virili vestra incubueritis neque vos frustra lecturos, mihi certe persuadebo. Teque studiosa juventus admoneo etc. Sed jam tempus

niemogą się zaprzątać jedną katedrą, konieczność jest, aby uczyli niektórych tylko traktatów między siebie podzielo-

---

est lectiones aggredi, primusque dicat, quam lectionem hoc tempore, hoc sibi ad praelegendum publice relegere velit. etc.

Observatio 2. Quaerat ex singulis baccalaureis, quid lecturi sint, eorumque nomina cum lectionibus, lectoriis et horis in commilitium referatur. Etsi hoc lectorium propter lectiones D. Magistrorum, qui de hac sua voluntate legendi Decanum facient certiorem, non vaccet illis narret actus. Diebus Ethesiarum exercitare debebit, etiamsi alii Magistri non legant, aut per se, aut per alium, etsi urbe non fuerit. Quadragesimo autem tempore, si ab aliis lectum non fuerit, etiamsi legendum non est.

Forma convocationis ad audiendam petitionem Fiscariorum, Feria quarta pentecostes et die s. Elisabethae dari solita.

Egregie Domine etc. Adsit humanitas Tua hora 17. ad audiendam rationem de pecuniis per D. Decanum praecedentem et D. Fiscarios perceptis et ad tollendam partem fisci si et in quantum se ad id sentit habilem. Detur omnibus D. Doctoribus et Magistris duntaxat de Facultate sub poena carentiae et non contradicendi.

Observatio 1. Hic decanus ante lectam convocationem dicet se ab ipsa consuetudine impulsum, ut istos convocationis literas, eo die dare sit coactus, quod hic dies sit unus ex illis, quo haec ratio audiri soleat, an placeat fieri divisionem et audire rationem.

2. Sapiens in ea convocatione non prius pulsabit, quam ratio a decano et consiliariis exaudita, divisaque fuerit haec pecunia; quare decanus cum aliis, qui pertinent ad rationem audiendam antevertet tempus convocationis una ad minus hora, vulgo si 17. convocatio est data, illi conveniant ad hypocaustum commune Majoris collegii domus hora 16. rationesque audiant et dividant, ad pulsum autem campanae reliqui Domini participantes conveniant.

3. Quibus convenientibus decanus dicat rationem esse diligentissime factam nihilque praetermissum quod videbatur necessarium, quam et etiam ut qui se habilem sentit, sortem suam tollat.

4. Decanus ex metrica diligentiarum cujusque diligentias vel negligentias participantes hic recenseat, ut nocentes puniat et qui nihil deviarunt tollant quod suum est.

5. Qui tres disputationes una commutatione neglexerit, nihil prorsus ex ea divisione tollat, qui 2 aut 1. punire duobus grossis poena debebit.

nych. Co więcéj: czyż tak liczne materye można w dwuletnim filozofii zamknąć biegu, które *in operosis volumi-*

6. Sapientibus ex hac divisione bini aut trini grossi dari solent cum admonitione, ut sui officii et muneris sint deligentissimi.

7. Admittuntur eodem die ad participationem de Magistris qui summa diligentia biennio post admissionem suam ad facultatem laborarunt, lectionesque aristotelicas tantum legerunt et nullam disputationem in classe sua neglexerunt.

8. Dabit decanus convocationem novam ad suscipiendum illos ad participationem, qui se petierunt admitti, eorumque diligentias et metrica cognoscet, quod si parvae fuerint, dissimulari poterint; una enim dissimulatione neglecta, interdum etiam duae biennio non impediunt.

9. Si admissi fuerint ad participandum Magistri, quaternos accipiant mediantes et manu stipulata polliceantur et diligentissime laboraturos, et acta facultatis non rescisuros. Dantur ergo tum duae convocationes, altera principalis, altera de petentibus Magistris admitti ad participationem fisci.

Modus faciendae quaestionis ex conclusionibus facultatis artisticae.

Primum omnium decanus secum adferre debet statutorumque et conclusionum libros, metricas et lectionum et promotionum, deinde praecerunt huic convocationi decanus praecedens, qui faciet rationem de fiscorum perceptione, praesens cum consiliariis suis, at fiscarius faciet rationem. 1mo de negligentiis; 2do ex fisco; 3tio ex fisco decanus praecedens, qui ratione facta singulas summas notabunt, quae aliunde creverunt. Summa autem universalis collecta, ex illis detrahentur 12 grossi fiscariis, et pro illis si qui admittentur ad participationes bini grossi relinquantur, et pro sapientibus grossi 6. Deinde dividitur pecunia pro numero participantium; postea pulsetur pro convocatione. Primo interim autem diligenter examinetur, ne sit in aliquo erratum. Idem secundo et tertio. Postquam vero convenerint inducitur convocatio si placeat audire rationes hac praemissa praefatione: Quod muneris mei et D. Consiliariorum fuit D. V. Magistri facta est pro nostra diligenter et ordine 1mo numerus promotorum illius commutationis, si qui ex illis fuerint petentes aut pauperes, quantumque facultati vel negligentiae a promovendis provenerint, vel phisicorum a decano procedente; 2do summa pecuniae collecta recitatur; 3tio quo participantes numero et quantum cuique cesserit; 4to inducat num

nibus zaledwie się umieszczą? chyba *cursim tangendo ex omnibus aliquid, ex quolibet nihil.* Przetoż ustawami

placeat ratio; 5to animadvertantur negligentiae cujusque in metrica, quae si fuerint colligantur, ac postea dividatur inter eos, qui diligentius laboraverunt; 6to eligantur fiscarii ex participantibus, consuetudo tamen obtinuit, ut unus tantum modo pro commutatione una eligatur; 7mo tollitur a quoque sors sua juxta ordinem.

Ratio et modus examinandi baccalaureos ad gradum Magisterii aspirantes.

Observatio prima. Quatuor commutationes post primam lauream effluant est necesse, antequam secundam lauream quisque expetendum vindicet, exaudiendaeque lectiones omnes, quae ad eum honorem consequendum pertinent. Sin secus, biennium duobus aureis redimendum et lectiones facultati cum disputationibus neglectis ordinariis et extraordinariis.

2. Lectiones 4. disputationes extraordinariae, 1mo responsiones et actus totus ad eam rem requiri, quoties decanus jusserit, alias solvendum esset facultati Philosophicae.

3. Candidati secundae laureae non epomidati a suis praeceptoribus non epomidatis Procancellario praesentari (ante vel post festum trium regum) commendarique a majoribus eruditione, ingenio, artibus, linguis et philosophandi studio debebunt cum petitione, ut ad tentamen, mox ad examen benevole admittantur cum testificatione grati animi. Idque faciendum circa Kal. Januarii ut praesentatio publica. 2do Non. Januarii esset, potest autem praeceptor commendans in hunc sensum procancellarium alloqui: Clarissime V. R. D. Procancellarie, quoniam mihi certe cognitum est C. Tuae examen pro 2dae laurae candidatis ad eorum petitionem aperuisse, proinde ego discipulo meo (aut baccalaureo), ad tantum gradum deesse nolens obnixe peto, ut eum C. T. 1mo ad tentamen, deinde ad examen non gravatim suscipere, susceptumque pro innata sibi humanitate per totum illum actum tractare dignetur. Ille autem benevolentiae hujus gratum se et memorem perpetuis temporibus fore pollicetur. Est juvenis modestus et bene moratus industriaque praeditus non mediocri. Quantum attinet ad profectum, is talis est, qui juvenili huic aetati facile patrocinari possit. — Procancellarius respondebit quod opportune videtur.

Solet autem decanus tempus praesentationis per praeceptores antevertere. 1mo Adire D. Procancellarium; ejusque numerum candidatorum indicare, quos venturos ad petendum de apertitione exa-

fakultetu ostrzeżono, które lekcye przez osobnych profesorów mają być w kursie filozoficznym wykładane, albo całkiem opuszczone, albo też z lekka tylko dotknięte.«

---

minis significat. Interim de voluntate D. Procancellarii dicit: Candidati venientes petent a D. Procancellario aperiri examen. Quo obtento, a praeceptoribus suis praesentantur eidem. In praesentatione D. Candidati aliquid offerre solent singuli florenum vel talerum, ad minimum medium taleri.

4. Postquam omnes praesentati fuerint, Procancellarius dabit convocationem ad praesentandos secundae laureae candidatos, ad quam decanus venit, non more disputantium in tabardis et epomidibus sed duntaxat in toga, laxis cum manicis absque caputio et statim sedet post doctores. Candidati vero disputantium ornatu amicti debent, ad eandem praesentationem, chartas lectionum habendo et diligentiarum omnium cum testimonio promotionis sui ingenii. Baccalaurei sapientibus binos mediantes singuli dare a Dno D. introducto eodem modo ut candidati primae laureae solent, praesentationis munere concesso. Procancellarius statim surgens vadit ad fores, eos sigillatim introducit et praesentatur. Deinde iis egredi jussis inducit, num ad tentamen et postea ad examen sint admittendi. Obtento hoc eligit examinatores 3. decanum et duos alios quoscunque voluerit, neque enim decanus facultatis Philosophicae praemitti potest propter convocationem sequentem per eundem decanum faciendam ad ultimam determinationem magistrandorum, et ut eosdem magistros promotos ordine debito et non variato propter odium in metricam promovendorum scribit; alias si non assumetur in examinatorem, nihil tenetur facere, quod ad honestatem et utilitatem promotorum magistrandorum pertinent.

Nota. Eodem ordine a procancellario locari debent, quem tenent candidati inter baccalaureos juxta rationem promotionis et inscriptionis in Metricam, qua Decanus inspecta Procancel. de ordine debebit.

5. Omnibus peractis et abeuntibus Dominis Doctoribus et Magistris procancellarius cum suis examinatoribus candidatos advocat, eosque hortatur, ut officium ex parte vestitus, morum, pietatis, aliarumque rerum necessariarum oratione luculenta, simulque de tentaminis tempore certiores facit.

De tentatione Magistrandorum.

Tentamen Candidatorum, aut pridie aut postridie Epiphaniarum, in quo fit quaestio de omnibus lectionibus ad gradum dun-

» Wtóry z strony audytora: albowiem kto słucha kursu, może słuchać i innych lekcyi filozoficznych, ile w osobnych

---

taxat Magisterii pertinentibus eodem modo, quo in prima laurea fieri consuevit, tam decano, quam procancellario aliisque examinatoribus interrogantibus in tentamine, nomine negligentiarum vel mediam marcam, vel florenum et plus minus candidati reponere solent.

Nota. Quod de biennio totali procancellarius non potest dispensare, sed tantum de partiali, totum enim biennium apud fiscum solvitur.

De examine magistrandorum.

Observatio Ima. Tertia ad summum die post tentamen examen candidatorum incipiat dante Procancel. quae est ex Methaphisica captione benevolentiae a singulis examinatoribus et decano nomine, cuique offere solent 12 et 15, tenujores decem grossos candidati. Procancellario quoque ad minus 15 vel medium taleri pro quaestione Ima numerare solent; binae horae cum singulis candidatis in hac prima quaestione matutinis horis et totidem pomeridianis sunt absolvendae, praemissa tamen invocatione Spiritus s. ab ipsis primordiis et aeternis rebus, quae in primo honoris gradu fieri solent, tum quoque iste mos inolevit, ut ante ipsum examen candidati in templo aliquo omnes simul missam solenniter de spiritu s. decantatam audiant, ad quam et decanus invitatur, quo etiam praeeunte ad offertorium eant, porro primae quaestionis solet a candidatis oratio de aliqua re.... hac finita ad quaestionem acceditur.

2. Absoluta quaestione prima vel secunda ex dialectica, Procancellarius dabit, non semper tamen, istam legem Procancellarius observat, sed si 1. sive 2. quaestionem pro libitu suo et bene placito dant, aliquando ex methaphisica, aliquando ex philosophia, aliquando ex logicis, sed non ita ut bino tamen procancellarius cum decano vel duo oppugnant examinatores explicate thema nullum praemissa oratione, ut in prima quaestione fieri solet, candida; jamque unica tantum hora consuetudine monente cum singulis agendum erit, benevolentiaque a duobus tamen petenda erit, nempe ab iis a quibus oppugnabuntur vel procancellario, vel decano, vel a duobus examinatoribus, omnes quidem Procancellario a secunda quaestione numerare aliquid opportet sive duodenos, sive quindenos grossos, ut etiam prima, non omnibus tamen examinatoribus, ut id dictum est, sed iis tantum a quibus oppugnabuntur, si Procancellario cum decano solo captare benevolentiam eique 16 grossos

godzinach dawanych, a tak we dwa lata byle tylko był pilny, może zostać *philosophus consumatus*, to jest nabyć

---

et plus minus numerare. Procancellarius enim jam ante accepit et rogatus ut et in prima quaestione, ut benevolem se praestaret, quod si duo reliqui juxta ordinem repugnant, ab utrisque benevolentia est captanda et utriisque aliquid est dandum, quamvis hoc cum aliorum injuria esse videtur. Alii enim ab uno saltim, alii a duobus benevolentiam captare coguntur.

3. Procancellarius et decanus Majoris domus absque ornatu disputantur, veniat alius examinator epomidatus tantum.

4. A tempore initi examinis ad diem chartarum spatium fere duarum septimanarum effluere consuevit, interim vero integrum et liberum est Procancel. admittere ad examen candidatum, si aliquis se forte obtulerit.

5. Absolutis duabus quaestionibus D. Candidati coenae convivium chartarum suis examinatoribus et praeceptoribus, aut etiam (si volet) aliis magistris, vel omnes simul, vel in aliquot partes divisi facient sumptu mediocri. Procancellario, si venire reluctabitur ad coenam, farinam, vinum, et alia dabunt.

6 et 7. In medio coenae cum lampadibus accensis, vel potius, ut fieri jam consuevit, immediate ante coenam sapientes venient brevi oratione gratulaturi felicitatem, valetudinem et speratum honorem candidatis, singulisque illorum chartas a D. procancellario missas, quibus ad examen invitabuntur, postero die offerent; pro munere autem singuli candidati octonos grossos sapientibus offerant, et quae videbuntur, primus omnium data voce respondebit.

8. Postridie chartarum dialectica Aristotelis universa cum omnibus naturalibus Philosophiae libris, Euclidis arithmetica, musica, perspectiva, theoriisque planetarum explicari a candidatis incipiet, ita, ut omnes binis horis absolvantur tam mane quam vesperi, decano thema omnium librorum et capitum dividente et distribuente, proinde atque in primo gradu baccal. scriptum est examinatoribus. Eo autem ordine secundum examen instituetur: proponantur themata a decano candidatis tractanda, et dissolvenda ex Veteri arte Aristotelis priorum posteri, topicae, phisicae, lectiones phisicorum ad finem perductae, jam post tactum horologii proponi solent candidatis quaedam sententiae latinae, ut eas graece efferant, ut: *nosce te ipsum.* Postea etiam conversionum exempla, admonitio deinde eodem tempore instituitur per decanum, ut candidati se diligentius praeparent tanquam ad examen multo gravius jam futurum. Deinceps proponuntur themata ex libro Aristo-

znajomość wszystkich rzeczy. Ile, że na kursach zazwyczaj materye krótko, a zatém ciemno; w traktatach, ponie-

---

telis de coelo, Generatione, Meteoris, anima, de sensu et sensibili, meth. et hujus politicis elenchis pinguntur libri priorum, themataque ex utroque simul et semel dantur oeconomicorum. De ceteris aliquando etiam, prout visum fuerit decano, ex libro de sensu et sensibili, ex libro de anima. His peractis sequuntur mathematicae disciplinae eo ordine: 1mum dantur themata ex Euclide, cui adjungitur perspectiva, dantur etiam ex utraque propositiones eodem quo sequuntur ordine simul haec; 2do proponi ad tractandum candidatis solet secundo loco theoriae planetarum; 3tio ad extremum arte musica simul singuli candidati in monochordo aliquam melodiam effingent examinatoribus jubentibus.

9. Procancellarius, quemadmodum explicatione duarum quaestionum primarum interesse necessarie debet, ita explicationi dialectices et aliorum librorum.

10. Expleto examine post quatuor septimanas lavatum omnes, atque in primo dignitatis gradu fecerunt, abire debent, et obsonium suis examinatoribus apponere. Procancellario si una non adfuerit, ab iisdem candidatis tam vinum quam grossi aliquot, atque ab examinatoribus atque aliis dari solent.

Nota. Singuli candidati unam marcam pro balneis numerare et ad manus decani tradere solent.

11. Sapientibus itidem quod in prima laurea dari solent.

12. Eodem balnei die susceptio fit privata quocunque loco Procancellario visum fuerit, candidatis novenos aut denos grossos ejusdem susceptionis causa conferentibus, et binis tantum hanc compositam pecuniam Procancel., et examinatoribus cum petitione, ut benigne admittantur, benevolentiamque tandem, quam hucusque in aliis rebus sunt experti experiant, offerentibus. Procancellarius quae videbuntur, respondebit.

13. Singuli candidati primo, postea omnes simul eodem modo atque in primo gradu admittuntur, aliquando tamen ut Procancellario videbitur omnes simul privatim recipiuntur cum severissima Procanc. et admonitione Examinatorum. Hoc etiam die si convivium parare candidati nolent, adhortentur ut de convocatione ad tractandum de redimendo prandio apud dominum rectorem agant.

14. Admoneat etiam hoc loco procancellarius, quod illi toto examinis tempore cum examinatoribus faciendum erat, non solum ut valetudinem curent, sed etiam, ut in dicendi artificio, in artium liberalium, linguarum et totius philosophiae, mathematicorumque

waż więcéj czasu, szeroce i jasno traktowane, podług owego: *brevis esse laboro, obscurus fio.* »

---

cognitione, disciplinarum et intelligentiae praeclare cum sua totiusque academiae dignitate versari contendant, hisque sint moribus ornati, quibus opportet.

15. Candidati secundae laureae disputantium habitu a susceptione publica ante tentamen et examen fieri solita, usque ad licentiaturam uti debent.

16. In susceptione privata admonebit procancellarius, ut primus in ordine, medius et ultimus, ipso die licentiaturae quaestionem elegantissimo verborum ornatu explicatam habeant; primus in phisicis, medius ethicis, ultimus in mathematicis, easque sibi omnes demonstrari jubeat, et praemium suum a singulis dari sibi hortabit. Singuli autem candidati Procancellario conferre et dare pro licentiatura solent aureum nummum, nonnuli tamen binos taleros exigunt.

17. Sive convivium fuerit, sive non, candidati tamen bini vestitu ornati ad licentiaturam canonicos invitabunt, collegas autem die tertio quam haec fiant, primusque ex ordine omnium nomine rogabit ad mensam infra prandium et majores et minores; iidem facient, si aliqui fuerint generosi in urbe, eo autem ordine ista fiant, post privatam susceptionem fit postea ulla publica. Procancellarius enim authoritate Dei omnipotentis, Episcopi cracoviensis, cancellarii universitatis et sua, qua interim fungitur, candidatos solenniter suscepit privatim, sed privatim jam suscepti adeunt omnes in habitu disputantium D. Rectorem, quem rogant de convocatione pro redimendo prandio, si convivium parare nolint. In qua primus candidatus omnium nomine ab universitate redemptionem prandii petet, deinde adibunt secundo D. Rectorem, quemque rogabunt, ut det mandatum pro universitate congreganda ad licentiaturam, in qua Procancellarius singulis candidatis impositis veterum philosophorum nominibus diligentissime commendabit, pro cujusque industria, diligentia et moribus.

18. Si convivium fuerit non solum omnia sua vasa ad coquendum necessaria et aquam ferendam, quorum bona pars relinqui in collegio majori debebit, sed etiam suas mensas cum omni apparatu et ornatu patellis habeant necesse est, hypocaustum aeque ac lectorium ornent et singuli suis mensis ministrent gratiasque agent.

19. Decanus aromata omnia, id est, reliqua, sua potestate habeat, illiusque sint reliquiae omnium rerum.

« Mieszczą się także w fakultecie filozoficznym nauki matematyczne, które są na cztery klassy podzielone na-

---

20. Post licentiaturam, ut videbitur decano, candidati rogati, et nummis impulsus, solent autem decano duos vel plures taleros, juxta illorum numerum apponere, convocabit decanus D. Magistros et doctores ad admittendos illos ad promotionem; cuivis convocationis iste tenor erit et ea series:

Egregie D. Doctor et Magister V. Adsit D. V. hodierno die hora 19. in hypocausto communi Majoris collegii dum signum campanae datum fuerit ad audiendam petitionem Dominorum Licentiatorum ad ultimam determinationem admitti petentium. Detur omnibus D. Doctoribus et Magistris philosophiae Professoribus ex sorte Decani Facultatis artisticae. — Dato loco convocationi evocabit decanus per ultimum Magistrum candidatos, quorum primus praefabit aliquid de promotione consequenda. Debent autem venire tunc epomidati absque aliis, Decanus audita illorum petitione jubebit eos discedere et dare locum deliberandi; deliberabiturque ergo de illis sine testimonio examinatorum, quoniam Procancellarius in licentiatura dedit de illis judicium, nec etiam honestatis, ut Baccalaurei solent, admonere debent, sed tantum ut fiscum solvant, omnia alias si solverint singula Fiscariis non debebit testimonium e illorum solutione non admittendos ad ultimam determinationem, Promotori etiam cathedra interdicitur. Solent etiam hac eadem convocatione aliquorum excessus, si fuerint, palam redargui, revocatis ergo per ultimum Magistrum hoc Decanus denuntiabit quae res ipsa et locus postulare videbitur; tandem D. Doctoribus et Magistris gratias aget, quod ad convocationem convenire non essent dedignati.

Nota. Candidati Promotori suo singuli florenum vel talerum, vel mediam marcam si multi erunt debent, Promotorque ex eadem pecunia ad Majus Collegium et Minus aliquid per manus propositi offeret cum petione. etc.

Promotionis Magistrorum haec est ratio.

Primo, quivis ad summum sensim tantum promotor lauream secundam decernat, idque brevitatis causa, nam si octo aut novem fuerint, dividi debent in duas partes. Promotio nunc vero cum usus obtinuit hunc morem, ut novem etiam simul promoveantur. 2do Baccalaureo cuipiam Promotor quaestionem decidendam committat more disputantium, qua absoluta Baccalaureus discedet ex Cathedra, promovendi autem Magistri disputantium ornatu praecedente

stępującym porządkiem: W klassie pierwszéj: arytmetyka, *logistica decimalis;* geometrya teoryczna, trygonometrya,

---

sapiente in Cathedram sensim ingredient et quaestionem a promotore suo scriptam memoriter et jucunde recitabunt.

In decanatu prefati Decani conclusum fuit, quod, electo Decano, statim in eadem conuocacione eligantur duo magistri sibi assistentes, quorum consilio Decanus habeat dispensare super uno vel duobus libris parcialibus et sex tractatibus. Si autem aliqua persona honorabilis in aliquo libro totali esset neglecta ad facultatem arcium remittatur. Et quod omnino non dispenset pro non responsionibus ordinariis et extraordinariis, nisi foret defectus disputancium extraordinarie. Item placuit omnibus magistris, nullo contradicente, quod Decanus nullas faciat expensas et impensas notabiles, sine consensu quorum magistrorum, quorum unus a facultate theologica, et alter iuridica, eligantur, ita: quod quilibet horum ad unum fiscum, scilicet facultatis et universitatis, clauem habeat specialem.

De aptis ad regendum facultatem.

Conclusum fuit in decanatu supradicti Decani, ut deinceps nullus ad consilia facultatis admittatur, nisi prius biennium compleuerit. Biennium autem complere dicitur, qui duobus annis completis, decies extraordinarie disputauerit, et ordinarie legerit; nec non ordinarie disputauerit,

quociens eum ordo tetigerit; et dum in disputacione de quolibet, si eam fieri contingat, racionem dederit. Item conclusum fuit, quod de cetero fieret specialis tenor conuocacionis pro magistro volente petere se assummi ad consilium facultatis.

De complecione biennii magistrorum.

Item attento eo, quod nonnulli magistri biennio suo perfunctorie et negligenter, se et alios in artibus minime habituando aut edificando, legunt, Placuit omnibus magistris in Eadem Congregacione constitutis, quod quilibet magistrorum, singulis commutacionibus infra sui Biennij complecionem ad minimum per tres menses in artibus, aut in philosophia legat, aut disputet cum diligencia; secus autem faciens, sciet, sibi pro complecione biennij non debere computari, nisi super hoc a magistris actu regentibus obtineat sibi beneficium dispensacionis speciale.

De actu Regentibus.

Item placuit omnibus magistris, quod nullus eligatur in examinatorem, nec in decanum, nec aliquis posse eligere habeat Decanum, nisi actu regens. Dicitur autem regens, quicunque ordinarie disputauerit in suo ordine et ordinarium legerit; et in disputacione de quolibet responderit, et in maioribus laborauerit, Doctoribus, licenciatis et Baccalariis formatis duntaxat exceptis.

De iuramento magistri nouiter intrantis facultatem.

Dicet intrans ad Decani pronunciacionem: Ego P. promitto vobis Decano, et vestris successoribus, secreta magistrorum in facultate tractata non reuelare, et statuta instituenda, secundum formam statuti, tenta et tenenda, seruare pro bono facultatis. Idem faciat admissus ad participationem Fisci.

De eleccione ordinarii libro.

Conclusum fuit, nullo contradicente, in decanatu predicti magistri Andree de Marienburg, quod semper in die sancti Egidii magistri conueniant ad eligendum libros ordinarios per sortem, ad evitandam inuidiam et rancorem, qui ex magistrorum concurrencia consurgit. Et quicunque

talium aliquem receperit ordinarium, decano promittat, quod eum continuare velit fideliter, bona fide. Si autem aliquem magistrorum abire contigerit, extunc Decano facultatis arcium resiguet eundem, qui de nouo pro eodem libro convocationem faciat, ne in leccionibus facultas arcium negligatur.

De convocacione ad festum sancti Gregorii pro recipiendis ordinariis fienda.

Quoniam iuxta consuetudinem ab inicio fundacionis studii, in nostra Universitate studium bis in anno solet innouari, ideoque conclusum est, quod quemadmodum ad hyemem Magistri per cedulam prō leccionibus ordinariis capiendis, ipso die beati Egidii, tempore autumni per decanum conuocantur, similiter ad capiendum lecciones ordinarias per estatem legendas, ipso die beati Gregorij per cedulam tenoris in statuto priori et super confecto contenti per Decanum facultatis conuocentur.

De temporibus examinum.

Item placuit omnibus magistris, nullo contradicente, quod Decanus facultatis, quater in anno: scilicet quolibet sabbato proximo ante quatuor tempora, aperiendi examen pro baccalariis habeat potestatem, notificando sub hac forma: Notificat Decanus facultatis arcium omnibus, pro gradu Baccalariatus in artibus examinari volentibus, quatenus hodie tali hora ad stubam magistrorum collegii etc. ad intitulandum conveniant; alias qui neglexerint, pro hac vice nullatenus admittentur. Item placuit magistris, quod in eodem sabbato magistri omnes conueniant ad uidendum personas intitulatorum, quibus admissis, eligantur examinatores duo vel quatuor pro eisdem.

De non admittendis ad examen.

Conclusum fuit in eadem congregacione, quod nullus magistrorum aliquam personam in sua promocione impedire poterit, nisi ex hijs causis: si universitati derogauerit, aut magistrum diffamauerit, vel manum violentam in eum iniecerit, si pastum [1]) leccionum et exerciciorum uerbo

[1]) *Pastus* idem est, quod minerval seu didactrum.

vel opere non expediuerit, aut matricule universitatis inscriptus non fuerit, vel ad minimum ter in septimana lecciones et exercicia non visitauerit; si decies extraordinarie et totidem ordinarie magistris et similiter Baccalarijs publice non responderit, si infamis aut criminosus, notorius seu lusor fuerit; ex his causis vel majoribus nullatenus ad gradum aliquem admittatur.

De convocacione pro Festo Egidii pro accipiendis Ordinariis facienda.

Quoniam juxta consuetudinem ab initio fundationis studii in Nostra Universitate Studium bis in anno solet innovari, ideo conclusum est et statutum, quod pro lectionibus accipiendis ordinariis per hyemem habendis, Magistri per cedulam de Mandato ipsius Decani in festo s. Egidii, pro lectionibus vero aestivalibus in die s. Gregorii convocentur, idque et tuto ad evitandam invidiam et rancorem, quae ex Magistrorum concurrentia forsan consurgere possent, eligantur libri ordinarii per sortem, et quicunque talium ordinarium receperit, promittat Decano, quod eum continuare velit fideliter bona diligentia et fide, si autem eundem Magistrum abire contigerit, extunc Decano facultatis artium resignet. Qui decanus pro eodem libro Convocationem faciet, ne in lectionibus facultas artium negligatur.

De non supterfugiendo onus examinis et de locacione examinandorum.

Item examinatores pro examinandis deputati, non debent onus subterfugere, sub pena sexagene. Nec eciam pro locandis personis siue gradus Baccalarii siue Magisterii, maxime habito ad suam nacionem singulari respectu, debent conspirare; sed pie inter se possunt facere collacionem, de locacione pro eisdem; Dummodo tamen ibi aliqua fraus vel collusio siue conspiracio non committatur, ante locacionem generalem per dominum Decanum vel vicecancellarium factam; pro qua locacione fienda dominus Decanus vel vicecancellarius, protunc existens, de singulis similiter per singulos magistros examinatores habet indu-

cere, et secundum pluralitatem vocum concludere, sub pena prestiti iuramenti.

De refeccione examinatorum in examine.

Item examinatores refeccionibus tempore et in loco examinis uti possunt; Quod tamen cum moderamine faciant; In quo ipsorum consciencias oneramus, ne exponant nimis laute.

De reieccione examinandorum.

Item examinatores ad examinandum a facultate deputati, si in examine inuenerint aliquem notabiliter pro eodem gradu non valentem, et est persona notabilis a continuacione vel incepcione, iuxta arbitrium examinatorum, suspendatur. Si autem fuerit ita non notabilis, in toto reiciatur, et si est opus, pro consilio ad facultatem recurratur.

De locacione passiva examinatorum et non dicendis locis usque ad futurum examen baccalariatus.

Item in locacione examinatorum passive, pauper notabiliter alios excedens in sciencia, vita et moribus, alijs non postponatur; sed racione meritorum premio primevitatis coronetur. Sic communiter aliorum merita respiciantur. Qui ordo locacionis sic per examinatores rite et racionaliter factus, locatis non publicetur usque ad futurum examen; nisi cum duo simul determinare deberent, aut ordo disputacionis baccalariatus illud examen ita locatum tangeret. Quorum sic locatorum et examinatorum quilibet ante proximum examen futurum determinare tenebitur, sub pena perdicionis loci.

De locacione magistrandorum.

Item magistrandi per examinatores cum viccecancellario, immediate finito examine, iuxta modum predictum sunt racionabiliter collocandi; que locacio est seuere post ipsorum licenciaturam obseruanda; in qua licenciatura ipsi loca sessionis in examine et tentamine tenta obtinebunt. Consequenter vero aliquis locum suum scire volens, ad librum facultatis remittatur.

De balneo post examen habendo.

Item examinati et ad gradum in artibus admissi, de cetero neminem ad balneum ducant, nisi magistros exa-

minatores, qui se laboribus pro eisdem exposuerunt. Nec, balneo facto, aliquid pro collacionibus exponant, nisi quis propria liberalitate motus fecerit, communitate eorum, qui examinati sunt procul mota, quod eis prohibere tenebitur decanus aut vicecancellarius.

De soluendo ad fiscum communem.

Item quilibet examinatus in artibus et admissus, fiscum facultatis verbo vel facto expediat infra quindenam examine finito, sub pena prestiti iuramenti. Item nullus talium ad aliquem gradum per aliquem M. promovetur, nisi signeto Decani pro tempore existentis habito, quod signetum dominus Decanus, pro tempore existens, petenti, si racionale non fuerit impedimentum, tribuat; nulla facta pecuniarum penitus exaccione pro eodem, sub pena juramenti et unius sexagene.

De arestacione signeti circa Decanum.

Item, viam malignandi precludendo, Conclusum fuit, quod in antea nullus magistrorum alicuius promouendi signetum arestet, nisi in plena congregacione magistrorum, per se, vel per alium magistrum, procuratorem suum, super hoc plene informatum, et legitimam causam arestacionis dixerit coram facultate, parte audiente et se legitime defendente; hoc tamen excepto, si per servitorem vniuersitatis cedula non fuisset presentata, et dummodo eciam idem magister bona fide fraudem non pretendat.

De locacione Baccalariandorum in introitu examinis et audientia Exercitiorum Physicorum.

Dignum eciam uidetur, ut qui portauerint pondus diei et estus in vniuersitate, continue studendo, quod tales eciam prius accipiant remuneracionem. Ne igitur propter accepcionem personarum aliqui dicant: Ego sum Cepheus, ego sum Apollo, fieretque propter hoc inter magistros discordia et dissensio propter locacionem promouendorum ad gradum Baccalariatus; volentes igitur huic morbo prouidere, et ut caritas mutua et concordia magis seruaretur, tam inter magistros, quam eciam inter personas extraneas, statuimus: quod deinceps promouendi ad gradum Baccalariatus in ar-

tibus in introitu eorum ad examen loca secundum eorum intitulacionem ad librum vniuersitatis obtineant, sic tamen, quod qui prius fuerit intitulatus, et suum studium continuauerit, sit prior in ingressu ad examen, in locacione promouendorum. Si autem aliquis suum longo tempore discontinauerit studium, uolumus, quod talis locum sue intitulacionis in ingressu ad examen obtineat: sed stabit in arbitrio decani, pro tunc existentis, cum suis consiliariis. Si autem contigerit personas notabiles et insignes ad examen intrare, volumus quod in locacione earum Decanus habeat potestatem easdem locandi pre ceteris, cum consilio et consensu suorum consiliariorum. Item cum Decanus habeat testimonium perhibere sufficiens de promouendis, et ipsorum valore, statuimus: quod promouendi tam ad gradus baccalariatus, quam eciam magisterii, eodem medio anno ante promocionem ipsorum, exercicium apud Decanum, pro tunc existentem, habeant, et cum diligencia visitent, ut eo melius decanus cognoscat valorem ipsorum. Qui autem secus fecerit, illo medio anno ad examen non admittatur. Si autem Decanus presumpserit contra hoc statutum aliquid attemptare, extúnc per facultatem examinatores non eligantur, quousque locacionem emendaverit.

Hec sunt statuta, que Decanus debet legere, in plena congregacione magistrorum, cum Rector universitatem congregavit et statuta legit et sunt octo in ordine.

Conclusum fuit in decanatu eiusdem decani, nullo contradicente, quod Decanus pro tunc existens, bis in anno in generali conuocacione vniuersitatis, inmediate post exhortacionem Rectoris, proponat omnibus scolaribus libros, quos ad gradum debeant audire, et quociens debeant respondere, ne per ignorantiam se possent excusare; similiter proponat baccalariis libros ad magisterium pertinentes, et responsiones per eos faciendas, et exhortetur eosdem, ut se honeste regant, magistros honorent, ipsos in pastu expediant, et consimilia; alias a promocione reicientur. Item quod continuare tres disputaciones non negligant, sub pena octo grossorum; ordinarie diebus dominicis disputent,

in diebus canicularibus biennium compleant. Moderni baccalarii vero, in jeiunio, qualibet septimana, quilibet ipsorum bis disputet, in uestitu decenti incedat, ad honorem facultatis. Item hortetur magistros, ut sint diligentes in laboribus et in disputacione ordinaria, ut facultas arcium capiat incrementum.

Qui libri sunt audiendi.

Item placuit omnibus magistris, quod hy libri audiantur ante gradum baccalariatus: Secunda pars Alexandri, liber noue poetice, aut exercicium rhetorice, computus cyrometralis, Tractatus petri hispani, vetus ars, libri priorum, posteriorum, liber elencorum, liber phizicorum, libri de anima, et liber spere materialis. Subscripti autem: topicorum, de celo, de generacione, metherorum, (sic) parua naturalia, methaphysica, ethicorum, politicorum, yconomicorum, arismetrica (sic) communis, tres libri euclidis, musica, theorica planetarum, et perspectiua, ante magisterium audiantur.

Per quantum tempus debent legi libri predicti.

Secunda pars Alexandri legatur per sex septimanas, computus, per mensem; tractatus p. h. (petri Hispani) per tres menses; uetus ars, per quatuor menses; priorum, per quatuor menses sine mixcionibus; posteriorum, quatuordecem ebdomadas cum secundo tractatu primi libri; Elencorum, per tres menses; phisicorum, per tria quartalia anni; de anima, per quatuor menses; Thopicorum, per tres menses; de celo, per quatuor menses; metherorum, similiter; de generacione, per decem septimanas; methaphysica, per medium annum: Ethicorum, per tria quartalia anni; politicorum, per quinque menses; yconomicorum, per vnum mensem; arismetrica, similiter; musica per mensem, perspectiva, per tres menses; theorica, per sex septimanas; parua naturalia, per quatuordecim ebdomadas.

Quantum autem vnusquisque pro laboribus magistrorum tenebitur soluere.

Primo: ab exercicio paruorum loicalium quilibet te-

netur dare mediam marcam pecunie communis. Attamen, si magistro suo sub exercicio I. fertonem dederit, magister tenebitur stare contentus, ac si totum pastum exsoluisset. Item a veteri arte mediam sexagenam; si tamen sub exercicio medium istius dederit, erit a residuo addendo absolutus. Item a noua loica similiter, ut a veteri arte. Similiter a thopicorum et elencorum solvat tres fertones. Si vero alterum illorum et non ambos, alias per medium annum, disputaverit, cum aliquo addito; habebit mediam sexagenam. Item ab exercicio phisicorum quadraginta grossos. Qui, si tres partes sub exercicio soluerit, per magistrum pro alia residuitate non moueatur. Idem ad moralem philosophiam et methaphysicam volumus extendi, dummodo disputentur serotino tempore, que disputacio solita est fieri duabus horis. Similiter fiat de philosophia naturali maiori, videlicet: dum aliquis disputauerit aliquos vel aliquem ex illis quatuor libris: de celo, de generacione, metherorum, et de anima, per medium annum duabus horis, habebit XLta grossos; si vero una hora, tunc mediam sexagenam: et hoc fiat cum moderamine prius scripto. Item qui per medium annum disputauerit parua naturalia per duas horas, habebit similiter XLta grossos; si uero per unam, tunc mediam sexagenam. Item a zophistica, prout communiter disputatur, media sexagena. Similiter de exercicio zophismatum alberti. Item ab exercicio donati et secunde partis allexandri, a quolibet mense per quatuor grossos. Idem fieri debet de exercicio rethoricali (sic). Item a leccionibus quilibet pastum soluat iuxta numerum mensium, quibus liber secundum statutum finiri debeat, exceptis libris infrascriptis. A metaphysica octo grossos, a theoretica sex grossos, ab euclide sex, a musica duos grossos, a perspectiua duos grossos; sic tamen, quod in libris aliis ab istis nominatis, si sub lectionibus duos grossos soluerit, vbi tres grossos tenetur dare, liber totaliter sit et absolutus; a theorica planetarum quatuor grossos, similiter a perspectiva quatuor grossos.

De intitulacione Baccalariandorum et magistrandorum in cedula leccionum et exercitacionum.

Item Nullus Studencium in antea ad gradum in artibus promoueri volencium (admittatur?), nisi duas lecciones ad gradum pertinentes vno die audiat, preter concurrentes, diuersis tamen horis, sub pena non computacionis earundem. Item quilibet promoueri cupiens ad aliquem gradum in artibus, lecciones suas ad gradum pertinentes in cedula scribat cum tempore inceptionis et terminacionis earundem. Et quod premissum est de leccionibus, hoc eciam ad exercicia pro eisdem gradibus pertinencia, simili forma volumus extendi.

Item Nullus studencium examinis rigori se subiciat, de cuius valore magistris non constat; nisi testimonium sufficiencie ad minus vnius magistri habeat; qui si secus fecerit, ab introitu examinis se noverit penitus remoueri; hoc eciam adicientes, ut nullus promouendorum inualidus, aliquam personam, siue literatam, siue laicam, pro sua promocione ante examen, uel sub examine apud examinatores laborantem, per se uel per alium inducat; saluis consiliis magistrorum. Quem oppositum facientem ab admissione ad gradum optatum esse volumus alienum.

Item Quilibet promoueri in artibus cupiencium tempore introitus sui ad examen siue temptamen, statum sui hospicij, quo anno sue promocionis desiderate steterat, in cedula superius dicta signet et inscribat.

Quo tempore studens debet se ad regestra intitulare.

Primo ex causis quampluribus hic obmissis, conclusum est: Quod quilibet studencium et eciam Baccalariorum lecciones aut exercicia alicuius magistri seu aliquorum magistrorum visitare volens, in tercio actu ad Registrum seu Registra eiusdem Magistri vel eorundem Magistrorum, iuxta antiquam consuetudinem, se inscribat; et si eum in estate, ante festum Sancti Johannis baptiste, aut in hyeme ante festum natalis christi, ex causis racionabilibus repatriare, aut a studio abire, seu recedere continget; extunc tenebitur Magistrum seu Magistros, cum quo, uel quibus

in leccionibus uel exercicio, uel exerciciis stat, accedere, et sibi causas sui recessus exponere, et secum de pastu pulcre concordare. Et magistrorum talium quilibet tenebitur stare contentus de pastu, iuxta ratam temporis, si talis audiens do loco recedat; si uero hic in loco permaneret, et magistro seu magistris, cum quo, uel cum quibus stetit, dimisso uel dimissis, post intitulacionem alium seu alios visitaret, soluet totum pastum acsi continue a principo usque ad finem ambulasset.

Statutum de dubitantibus.

Quoniam plerique studencium responsiones publicas, in disputacionibus ordinariis magistrorum fieri solitas, ad quas, uigore statuti super hoc facti, ante gradum sue promocionis obligantur, supterfugere volentes, ad unum zophisma, multi simul dubitando, respondere, et, presidenti duntaxat respondentes, recedere consueverunt; ideoque conclusum fuit et statutum: quod in antea ad unum zophisma solum unus respondere debeat; dubitando poterit tamen secundus, ex licencia Decani pro tempore existentis, ex causis legitimis, quas Decanus facultatis cognoscat, ad idem zophisma respondendo dubitare; in nullo tamen casu liceat plures, quam duos, ad vnum zophisma esse dubitantes, sub pena non computandi responsiones. Qui quidem dubitantes, ad finem disputacionis, sicut et alii respondentes, si eis eundem actum pro responsione computari voluerint, debent permanere.

Quod studentes per medium annum ante suum examen ordinarias disputaciones visitent.

Quia promoti ad gradus nedum in scienciis verum et in usu scienciarum, qui in modis legendi, arguendi, et respondendi, consistere videtur, debent esse exercitati; quos quidem modos, precipue magistros arguentes et Baccalarios respondentes diligenter audiendo adiscere (sic) et acquirere contingit, ideoque conclusum est: quod quilibet studencium propter hoc maxime, ut modum arguendi et respondendi adiscat, per medium annum ad minus, ante ingressum suum pro gradu Baccalariatus ad examen, dispu-

tacionem ordinariam magistrorum assidue visitet sic, quod tres disputaciones ordinarias immediate sequentes, sub pena unius grossi, nullatenus negligat; quam penam tociens, quociens predicta facere neglexerit, incurret, per decanum a quolibet, qui eam incurrerit, tempore quo examen intrare voluerit, exigendam.

Ne aliquis duobus magistris promittat pro determinacione ipsorum.

Item ad hoc, ut materia et occasio rancorum, displicenciarum et licium inter magistros euitetur, et caritas mutua, fraterna, conseruetur et foueatur, statutum est: quod in antea, si quis magistrandorum aut Baccalariandorum, cum aliquo magistro concordans, seu alicui magistrorum promittens, quod sub eo incipere aut determinare deberet, et postea, sine illius licencia aut voluntate, hoc sub magistro alio facere attemptauerit; magister prior, cui hoc promiserat ante conuocacionem pro peticione favoris incipiendi aut presentacionem factam, seu ante horam et locum dicte conuocacionis, ad illum Magistrum, ad quem se talis sibi promittens determinauerit, dirigat, uel propria in persona vadat, et sibi dicti promoueri volentis declaret factum promissum; et si tunc unus alteri condescendet, vel pulcre composuerunt, talis poterit promoueri. Sin autem vnus alteri condescendere noluerit, et hoc negocium ad facultatem deuolutum fuerit, extunc talis, qui, vni Magistro promittens, alium sine suo consensu quesierit, et de hoc, per illum cui promisit, conuictus fuerit, tamquam rixe et odij inter fratres seminator et Magistrorum contemptor, ab huiusmodi promocione ad vnum annum suspendatur. Et si quis Magistrorum huiusmodi suspensum promouere presumpserit, ipso facto penam vnius sexagene incurrat, pro fisco vniuersitatis per rectorem exigendam.

De pena exigendorum pastum ultra debitum.

Cupiens vniuersitas magistrorum, Studencium querelis et murmuracionibus obuiare, ac eciam utilitati ipsorum prouidere, statuit irrefragabiliter obseruandum: quod de cetero nullus magistrorum sub pena unius floreni, per de-

canum pro tunc existentem, prout diligit bonum facultatis, exigendi cum effectu, pro leccione aut exercicio a studentibus aliquid exigat, ultra sancciones statutorum et taxam super hoc dudum confectorum; duntaxat hoc excepto, si studens, de sue liberalitatis beneplacito, magistro ultra communem taxam offerat, extunc magister poterit recipere sine consciencie sue lesione.

De non mutandis leccionibus in alias horas.

Item considerato, quod ex mutacionibus lecionum aut exerciciorum de hora in horam preter solitum, Magistri plerumque solent concurrere in horis, unde studentibus nausia audiendi, ymmo et impossibilitas solet euenire, placuit omnibus magistris: quod si quis magistrorum leccionem aut exercicium in certa hora inceptam, seu inceptum, in aliam horam commutaret, in qua cum alio magistro, ante huiusmodi mutacionem legente aut exercitante, concurreret sic, quod Studens utriusque Magistri leccioni aut exercicio, propter predictam concurrenciam, non posset interesse; quod tunc studens talis, magistro, sic mutanti horam, significet suam impotenciam audiendi. Si uero prefatis magister sic mutans, ut prefertur, laborem suum in priori hora continuare nollet, Extunc prefatus Studens a solucione pastus pro predicto labore, et a tempore mutacionis erit supportatus; dummodo consensum mutacioni non dedisset. Conclusa autem hec sunt de consilio arcium facultatis.

Quod non licet appellare a sentencia facultatis.

Quod in antea nulli magistrorum, Baccalariorum, aut Studencium, liceat appellare a diffinicione, decisione, aut quauis alia determinacione per facultatem factis, sub pena unius sexagene irremissibiliter persoluende. Et nichilominus conclusa, diffinita, decisa, et determinata per facultatem, in robore suo stare debent firmiter, et tenere, appellacione temeraria non obstante.

De incorporacione alienigenarum.

Conclusum fuit in decanatu sepefati decani, ut magistri cuiuscumque vniuersitatis aliene, nostre volentes incor-

porari vniuersitati, publice semel omnibus magistris respondeant, et locum ultimum obtineant, nisi specialiter, propter eminenciam persone magistri, graciose eidem magistro velint locum assignare. Baccalarii autem aliarum vniuersitatum prius ter ordinarie respondeant, antequam inter Baccalarios nostri Studii computentur; nullus tamen horum ad aliquem actum admittatur, nisi prius super suo gradu testimonium habeat fide dignum.

De incepcione disputacionis ordinarie.

Anno domini MCCCC sexto, in decanatu Mgri Anthonii Tempilvelt de Cracouia, facta plena conuocacione facultatis, conclusum fuit: quod incepcio disputacionis ordinarie, immediate fieret post primam missam apud sanctam Annam.[1])

De incepcione librorum ordinariorum.

Item in decanatu prefati Mgri Antonij Tempilvelt de Cracouia, in eadem conuocacione conclusum fuit: quod nullus magistrorum inciperet legere aliquem librum ordinarium, quem ante mutacionem finire non posset.

De festiuitatibus per facultatem celebrandis.

Item plena magistrorum conuocacione facta, et nullo contradicente, conclusum fuit, ut quatuor magistri eidem decano coeligerentur, qui festiuitates per facultatem celebrandas eligerent, et ordinarie presignarent. Qui electi magistri ad decanum supra scriptum videlicet: magister Andreas de marieburg, Mr. Erasmus elye de Nyssa, Mr. Franciscus Cryzewicz de Brega, Mr. Elyas de vawelnycza, diligenter tractantes, Infra scriptas festiuitates celebrari per facultatem decreuerunt, et eas, de quibus plus dubium fuerit, quemlibet decanum sub sigillo facultatis intimari (sic).

In vigilia Circumcisionis domini non disputetur de sero. In die vero non legatur, nec disputetur.

In vigilia et in die Epyphanie domini similiter.

---

[1]) W rękopismie, z którego statuty Wydziału filozof. przepisałem, niema tego paragrafu, jest on atoli w rękopismach użytych przez Muczkowskiego.

In die agnetis virginis non legatur nec disputetur.

In conversione sancti pauli similiter.

In vigilia purificacionis beate Marie, de sero et in die non legatur, nec disputetur.

In die dorothee virginis similiter.

In vigilia mathie apostoli de sero et in die similiter.

In die Casimiri Regis (serius additum).

In die thome de aquino similiter.

In die gregorii pape similiter.

In vigilia anunciacionis beate Marie, de sero et in die similiter.

In die ambrosij Episcopi et doctoris similiter.

In die georgii et alberti martyrum et infra octavas similiter.

In die Marci de mane similiter et de sero.

In vigilia philippi et Jacobi de sero et in die similiter.

In die invencionis sancte crucis similiter.

In die sancti floriani similiter.

In die sancti Stanislai Episcopi et martyris similiter et de sero.

In tribus diebus rogacionum infra octavam similiter.

In vigilia ascensionis de sero et in die similiter.

In vigilia pentecostes mane et sero, usque ad feriam quartam, similiter.

In vigilia corporis christi de sero et in die similiter, et in octaua infra circuitum similiter.

In die pasce per totam octauam, et ante pascha feria quarta, similiter.

In vigilia Johanis Baptiste de sero et in die similiter.

In die Ladislai Regis hungarie propter invencionem thesauri in Collegio majori anno Christi 1494. (serius additum).

In vigilia petri et pauli de sero et in die similiter.

In die margarethe virginis similiter.

In vigilia visitacionis beate Marie, de sero et in die similiter.

In die diuisionis apostolorum similiter.

In vigilia Marie Magdalene de sero et in die similiter.
In vigilia Jacobi de sero et in die similiter.
In die Anne matris Marie similiter.
In vigilia laurentii de sero et in die similiter.
In vigilia asumpcionis B. Marie de sero et in die similiter.
In die Bernhardi similiter.
In vigilia Bartholomei apostoli de sero et in die similiter.
In die Augustini Episcopi et doctoris similiter.
In die Egidii post prandium similiter.
In vigilia Natiuitatis sancte Marie de sero et in die similiter.
In die exaltacionis sancte crucis similiter.
In vigilia Mathei apostoli de sero et in die similiter.
In vigilia sancti Stanislai de sero et in die similiter.
In die Wenceslai similiter.
In die Michaelis similiter.
In die Jeronimi similiter.
In die Hedwigis.
In die Galli.
In vigilia Simonis et Jude apostolorum de sero et in die similiter.
In vigilia Omnium sanctorum de sero et in die similiter.
In die animarum ante prandium similiter.
In die Martini Episcopi similiter.
In die Elizabeth similiter.
In vigilia Katherine virginis de sero et in die similiter.
In die sancte Barbare virginis.
In vigilia Andree apostoli de sero et in die similiter.
In die Nicolai similiter.
In die concepcionis Beate virginis similiter et in vigilia de sero.
In vigilia Thome apostoli de sero et in die similiter.
In vigilia Natiuitatis Christi, mane et sero et infra octavas similiter. [1])

[1]) Rocznik Towar. Nauk. Krakows. Tom I.

De magistris qualiter se in habitu regere debeant.

In decanatu Magistri Nicolai Bawdissin, plena magistrorum facta conuocacione, conclusum fuit. Cuius conuocacionis tenor sequitur in hec uerba: Magister reuerende! Sitis hodie hora sedecima in Stuba Magistrorum, ad audiendum proponi concepta ex parte habituum per Magistros ad hoc deputatos, an talia concludi debeant; sub pena non contradicendi. Quodcumque Decanus arcium facultatis in conuocacionibus nomine facultatis arcium fecerit, illud sine habitu nullatenus exerceat, sub pena prestandi iuramenti circa ipsius Decani eleccionem primitiuam. Item nullus Magistrorum disputacionem Ordinariam, disputacionem Quodlibeti, alicuius Magistri noui recepcionem, Magistrandorum licenciaturam, que in festo Aristotelis celebratur, Item missam vniuersitatis, nisi in habitu, quouismodo visitare presumat; prout quilibet facultatis et suam diligit honestatem, Et sub pena octo grossorum. Quam quidem pecuniam Decanus, pro tempore existens, tenebitur exigere, Et in suam utilitatem, vel usus pauperum poterit conuertere; iuxta sue beneplacitum voluntatis. Item nullus Magistrorum, aliquem librum ad gradum Baccalariatus vel Magisterii pertinentem, In et extra Collegium in comodo suo, De die vel de nocte audeat legere; sub pena prenarrata. Item nullus audeat aliquem ad gradum Baccalariatus vel Magisterii sine habitu presentare vel promouere; Alias, si secus fecerit, ipso facto se nouerit penam predictam incurrisse. Et si decanus predictam penam exigere non curauerit, Rector ex debito officii sui ipsam a decano exigere debet.

De locacione magistrandorum in metrica.

Item magistrandi per examinatores cum vicecancellario, immediate finito examine, iuxta modum predictum, sunt racionabiliter collocandi; que locacio est stricte post ipsorum licenciaturam obseruanda, in qua licenciatura ipsi loca sessionis in examine et temptamine obtinebunt. Consequenter aliquis locum suum scire volens ad librum facultatis remittatur.

De seruitoribus vniuersitatis.

Item seruitores vniuersitatis, pro tempore existentes, peramplius in conuiuiis suppositorum [1]) vniuersitatis mensam propriam non habeant; sed ad mensam seruiant, et cum ultimis comedant. Nec aliqua suis uxoribus vel seruitoribus ad domum dirigant, vel circa mensam tribuant; nisi aliud, de liberalitate promoti processerit; Sub pena exclusionis a conuiuiis per vnum annum etc.

Item Baccalariandus, in sua promocione, seruitoribus vniuersitatis ad minimum sex grossos tribuat; et qui vocatur ad examen, temptamine finito, similiter eis ad minimum octo grossos assignet; et magistrandus in sua incepcione fertonem; nisi, liberalitatis virtute insignitus, plus dare voluerit ex propria voluntate.

De racione facienda per Decanum.

Quod in antea decanus antiquus, decano nouo duobusque Magistris eidem ad assistendum coellectis, infra mensem, post finem sui officii, lucidam, singulorum perceptorum et expensorum ex parte facultatis, faciat racionem; sub pena prestiti iuramenti. Et quid in tali racione excreverit, ad fiscum vniuersitatis pro utilitate eius, singulis computatoribus presentibus, reponatur. Qui quidem fiscus clauibus tribus diuersarum clausurarum, quarum quilibet trium decanorum electorum unam habeat, recludatur. Et hoc iam factum est statutum vniuersitatis commune omnibus facultatibus. Item placuit omnibus in eadem congregacione, ut dicti computatores, tempore racionis sex grossos de pecuniis facultatis exponant ob intentum sollicitudinis amplioris.

Item ut studentibus discolie prescindatur occasio, In eadem congregacione conclusum fuit et statutum: quod de cetero nullus studencium, una resumpcione, longi temporis leccionem pro gradu computandam, transcurrere audeat; sed congrua cum diligencia publice legentem audiat, ut addiscat. Si tamen ex racionabili causa, quam Deca-

[1]) Studiosorum.

nus cognoscat, primus liber parcialis, aut duo, per aliquem talium neglectus fuerit, sub leccione et non post, a Magistro eundem librum actu legente, et non ab alio, poterit huiusmodi resumpcio tollerari; alioquin, si quis secus facere presumpserit, huiusmodi librum pro non audito habeat; et nisi graciam dispensacionis quesitam inuenerit, per decanum, habito super hys, temporibus examinum, fideli scrutinio, tali, veluti surrepticio, promocionis aditu precludatur.

De innouacione Studii.

Conclusum fuit, ut in antea, singulis annis, innouacio studii fieri deberet in Crastino sancti Marci in estate, Et in yeme in Crastino sancti Luce ewangeliste, sine prorogacione; ne impedirentur socii in leccionibus et exerciciis etc.

SEQUUNTUR STATUTA DE LIBRO UNIVERSITATIS, TANGENCIA MAGISTROS LABORANTES IN ARTIBUS.

Item statuimus et ordinavimus, ut quicunque Collegiatorum predictorum aut promotorum, qui alias ad duos actus ex statutis antiquis vel priuilegiis singulis diebus astringuntur, disputare voluerit libros Ethicorum, Methaphisicam, de Celo et Mundo, cum libris de Generatione et corrupcione simul, parua naturalia cum libris metheorum, eiusmodi labor sibi pro duobus predictis actibus computetur, Ipseque pro actu regente habeatur; Ita tamen, si serotino tempore, duabus horis, ut assolet, disputaverit in predictis. Qui vero parua logicalia aut phisicorum disputauerint, ad minus tenebuntur per horam cum media disputare.

De disputacione ordinaria.

Item pro fulcimento disputacionis ordinarie, que precipuus facultatis Arcium actus reputatur, et pro cuius eciam decore, eo, quo fit die, ceterarum facultatum labores conquiescunt, Pronunciamus et ordinamus: ut de cetero huiusmodi disputacionem ad minus tercia pars Collegiatorum teneatur visitare, Ita, ut alternis vicibus dicti Collegiati et promoti, sollicitudine prepositi domus Artistarum diuisi, dicte intersint disputacioni, Ibique arguant et argumenta

contra Respondentes decenter deducant, pena duorum grossorum, mense communi applicandorum, Quicunque contrauerint, pro singulis negligenciis, per dictum prepositum domus irremissibiliter puniendi. In qua pena taliter exigenda, si prepositus domus remissus fuerit, ipsemet per Rectorem in eadem districtus prematur. Volumus tamen huiusmodi, statuto eum non astringi, qui in leccione libri sentenciarum fuerit occupatus; finito vero libro huiusmodi vadat in numerum aliorum Collegiatorum, quousque licenciaturam in Theologia meruerit obtinere. Insuper addicimus et pro decore facultatis Arcium ordinamus, quod huiusmodi disputatio et alii actus ordinarii frequententur et expleantur in habitibus Magistralibus videlicet Thabartis[1]), iuxta statuta facultatis; sub pena in eisdem in contrauenientes apposita, per modum statim supra positum exigenda.

Pena non disputantibus ordinarie.

Item ut actus huiusmodi disputationis ordinarie, accuracius, et sine neglectu vigeant et continuentur, Ordinamus: ut Magistri Arcium iuxta ipsorum ordinem et promocionem, dictum actum faciant, et ordinarie disputent. Ita ut si quis eorum in ordine suo disputare ordinarie neglexerit, si collegiatus fuerit, vnum fertonem, nomine pene per Rectorem exigende, soluat; si vero non Collegiatus fuerit, preter promotionem ad gradus in facultatibus, ad Collegiaturas, et ad beneficia non promoueatur.

Statutum, quod nullus magistrorum in decanum eligatur, nisi tabardum bonum et verum habeat.

Anno domini millesimo quandringentesimo quadragesimo nono, die nona mensis Nouembris, conclusum est per Rectorem, Doctores, Decanos et Magistros, quod nullus peramplius eligatur in decanum facultatis artium, nisi habeat tabardum verum et bonum pro honore facultatis. Attamen si aliquis eligeretur non habens tabardum, talis electus

[1]) Tabardus vel tabardum est tunica longa seu toga, chlamys, Anglis tabard, Hipanis tabardo, Italis tabarro. (Du Fresne.)

in manus antiqui decani iurare tenebitur, quod infra unum mensem comparare velit huiusmodi tabardum bonum pro honore facultatis. Quodsi iuramento contrauenerit, talis ad nullum actum ad decanum pertinentem admitatur, donec iuramento suo facto satisfecerit.

Bienii Baccalariorum labores.

Cum enim baccalarii in artibus biennium complere tenentur, iuxta iuramenta ipsorum, ne igitur Baccalarei in Artibus perfunctorie et euasiue biennium compleant, conclusum et statutum est: quod biennium complere in gradu Baccalarii, est ad minus infra biennium respondere, in diebus Canicularibus lectiones legere ad unum mensem, aut ad minus ad tres ebdomadas, ordinarie diebus dominicis disputare, et in ieiunio bina (sic) tantum vice in ebdomada, disputare, intimacione tamen prius facta. Et si quis huic statuto contrauenerit, biennium nouerit sibi non debere computari. Item ibidem conclusum est, secundum antiquum statutum, quod Baccalarei tres disputationes ordinarias Magistrorum, se inuicem sequentes, visitent, sub pena octo grossorum; tali tamen modo, quod circa proposicionem questionum sint in disputacione, et maneant usque ad secundum uel tercium arguentem. Alias, qui secus fecerit, pro disputatione non computabitur. Adjectum est insuper ex voto omnium magistrorum de facultate, in plena conuocacione: quod de cetero Baccalarius, in introitu temptaminis pro gradu magisterii, in scedula inter cetera responsiones suas ordinarias, vna cum commutacionibus et nominibus magistrorum, quibus respondit, debeat annotare.

Statutum Nouum de Actu ordinario visitando.

Decet unumquemque commoda reipublice, cuius ipse pars est, solertiori cura, quam propria, procurare; et potissimum illa, in quibus eiusdem reipublice incrementum refulget, decor pariter et venustas. Proinde facta conuocatione, ut assolet, in decanatu Magistri Johannis de Ilkus, licenciati in Medicinis, sub hoc tenore: Egregie domine doctor et Magister Reuerende! Sitis hodie hora XXj in stuba maiori magistrorum collegii Artistarum, ad tractandum

de et super quibusdam arduis honestatem facultatis arcium concernentibus, utpote de actu disputacionis ordinarie magistrorum, placuit dicte facultati Artium, pro honore predicti actus ordinarii prouidere, et cum effectu sancire et concludere, ut Magister ille Biennium complere censeatur, biennioque completo ad facultatem assumptus, actu regens existat, qui disputaciones ordinarias continuo visitauerit, tertiam minime negligendo. Secus facientem, nec inter biennium complentes, nec inter actu regentes, in antea placuit computari. Presentibus magistris Johanne de Dambrowka, vicecancellario, professore theologie ac decretorum doctore, Andrea de Koszlye, Stanislao de zawada, Stanislao de brzeszinj, Mathia de Slupcza, Mathia de Cobilino, Johanne de Oszwanczym, Clemente do Gorka, Andrea de Stargardia, Mathia de Busko, Dominico de Czyelmowo, Nicolao de Staw, Luca de Sandomiria; tercia decembris, Anno domini millessimo quadringentissimo quinquagesimo nono.

Decanus debet distribuere questiones disputantibus.

Quoniam odia licet restingere, fauores vero et concordiam inter Maystros congruit ampliare; ne igitur odia et indignaciones inter Maystros locum habeant, que propter Responsiones Studentum faciliter contingere possunt, placuit omnibus Maystris protunc in plena conuocacione existentibus: ut a modo decanus facultatis arcium plenam autoritatem habeat Sophismata distribuendi inter hos, qui secum steterint in exercicio Phisicorum, vel qui in proximo sunt promouendi, et quod amplius presidens non habeat posse distribuendi Sophismata nec dubitaciones; sed omnia procedant de manibus decani: ne sic per defectum responsionum, vt sepenumero contigit, a promocione Studentes impediantur, et eciam ut illa commutacione, ante introitum examinis, in studio magis exerceantur; et ipsorum ingenia coram Maystris publice respondendo pateant. Si autem aliquis huic statuto contrauenire ausus fuerit, partem aliquam, sine licencia decani, alicui tradendo; extunc illa responsio, illi sic se preter licenciam decani ad

respondendum ingerenti, minime computari debet; nec decanus ei arguat. Placuit tamen dicte facultati, vt decanus protunc existens, unicuique iusticiam, ita pauperi sicut diuiti, in distribuendo predictas responsiones ministrare sit astrictus, tali modo: ut secundum ordinem in Raystro locatorum, qui tunc in exercicio Phisicorum fuerint inscripti, omnibus dictas responsiones seriatim distribuat; ut sic unicuique iusticia per ipsum ministretur, et fauor Magistrorum inter se et ipsum decanum conseruetur. Si autem decanus secus fecerit, extunc conuictus de hoc, suspendatur per facultatem ad vnius anni decursum ab activa promocione omnium, eciam illorum, qui secum pro tunc steterint in exercicio phisicorum. Factum est hoc statutum in decanatu Magistri Stanislai de Pleschow, Baccalarii in Medicinis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo currente, Sabbato ante Nativitatis Marie virginis gloriose et Sabbato proximo ante Crucis, plena Maystrorum facta convocacione, nullo contradicente confirmatum.

Insuper placuit magistris, ut hoc statutum precedens, teneatur sub moderamine tali: quod decanus, pro tempore existens, cum suis consiliariis habeat potestatem dispensandi cum duabus responsionibus. Si tamen Baccalaureandus, de cuius valore magistris constiterit, quod sex responsiones haberet, pro reliquis, quas non haberet, ad facultatem recurrat; et facultas, visa ydoneitate persone, eciam in amplioribus poterit dispensare.

STATUTA DE CONSENSU FACULTATIS ARTIUM PRO IPSIUS INCREMENTO, IMO TOTIUS UNIVERSITATIS, CONCEPTA, LECTA ET AUSCULTATA ATQUE PER EANDEM ANNO CRISTI DOMINI 1480. APPROBATA.

Statutum primum de electione Decani.

Quoniam ex ea consuetudine, que in electione decani facultatis artium prioribus temporibus est inducta, multa inter magistros et fratres increscere discordia, contentiones plurime, tacite simulationes, et multa alia suboriri incom-

moda, non paucis etiam magistris, diu meritis et laborantibus, iniuria pergravis inferri videbatur, dum multitudine conducta, quesitis vndecunque votis, quisque decanatum ambiret: ad hec omnia tollenda, caritatemque conseruandam inter magistros, nos Joannes de Auswycz (Oświęcim), Artium Magister, Sacre Theologie Professor Custosque Ecclesie S. Floriani, nec non Rector huius inclyti Cracoviensis Studii, cum nobis per facultatem artium viris doctoribus et Magistris deputatis, desuper plenariam autoritatem habentibus, statuimus, ordinamus, et disponimus: vt exhinc et in amplius, decanus facultatis artium, iuxta formam prius in statuto desuper editam, eligatur, ea observata moderatione: vt non per priuatos affectus, aut singulares personarum voluntates; sed recto et iusto ordine promotionis magistrorum, qui suscepti fuerint in facultatem, in suo quilibet loco et ordine, succedente tempore, senior ante iuniorem, in decanum electus assumatur; ab eo nunc incipiendo, qui ex magistris senioribus et actu laborantibus, nondum ad hoc assumptus erat officium: succesive ad alios deuoluatur, qui se ad officium istud idoneos et abiles reddiderint. Intelligimus autem illum abillem et idoneum, qui, postquam biennium iuxta formam in statutis descriptam compleuerit, in facultatem assumptus, duobus iterum annis continuis, per se in universitate laboraverit, actus ordinarios visitauerit, et cetera, que magistralis sunt ordinis, perfecerit; atque ea commutatione, que proxima est ante illam, in qua se, ex suo ordine et loco, in decanum iure et merito eligendum presumpserit, diligentius laborando, se officii dicti idoneum effecerit et capacem. Volumus autem, ne cuipiam preiudicare videamur, quemlibet magistrum in facultatem admitti, dum biennium compleuerit, et ad se suscepiendum, magistris, iuxta formam et consuetudinem solitam, suam exposuerit voluntatem.

De praeminentia Magistrorum adinvicem in officio decanatus.

Vt magistri laboribus maioribus obligati, vltra ceteros preeminentiam habeant, statuimus, et de novo ordinamus: in collegio maiori decanatum tribus vicibus, in minori vero

duabus tantum alternatis decurrere, cum dicti magistri hunc ipsum decanatum una duntaxat vice habuerint, eo pacto: ut postquam aliquis magistrorum minoris collegii oficium decanatus exegerit, illi succedat unus de maiori, cui iterum alius ex collegio minori, atque vice repetita eidem quispiam de maiori collegio, illi autem quispiam ex magistris extraneis, de facultate tamen existens, eidem quoque rursus aliquis ex collegiatis maioribus; tandemque decanatus ad collegium minus devolvatur, facta deinceps successione per vices ad maius collegium alternatas.

De salario decani et quantitate pretii ac poena ex lectione et actu Magistrorum neglecto.

Ne decanatum quispiam in questum priuatum et turpe lucrum ambiat, statuimus et novo ordinamus: quod decanus, pro tempore existens, de fisco communi facultatis artium stipendietur, et pro suorum laborum mercede viginti florenos habeat vngaricales per unam commutationem estivalem; per hiemis autem commutationem viginti sex accipiat florenos, tunc solum, cum examen Magistrandorum ipsum habere contingat; et si non, etiam si aliqua necessitate duo fiant baccalariorum examina, non plures, quam viginti florenos expectabit de fisco, floreno tamen vngaricali in taxam triginta duorum grossorum computato; ita scilicet, quod eundem in minori non recipiat pretio. Fiscum autem facultatis augeri volumus ex his, quas quisque promovendus in artibus, iuxta formam ab antiquo in statutis descriptam, pro exercitio phisicorum solvere plenarie tenetur pecuniis, pauperibus duntaxat exceptis, quibus relaxationem in toto, vel in parte fieri volumus; quotiens id sibi in facultate, sub propriorum magistrorum testimonio, fieri postulaverint. Eas autem pecunias, que pro exercitio phisicorum debentur, colliget decanus, et de his, post expletum promouendorum examen, fiscariis facultatis in suorum consiliariorum presentia, qui pro tempore fuerint deputati, plenariam exhibebit rationem; quoque residuum de dictis pecuniis colligetur, ut Magistri eo diligentiores in eorum fiant laboribus, id inter omnes Magistros de facul-

tate, actu duntaxat et fideliter laborantes, abiles tamen et idoneos, iuxta formam prescriptam, qualibet commutatione equa distributione partiri, ita etiam: quod qui ea commutatione, ad minus tribus mensibus, per se non laboraverit, nichil de eo, quod in commune distribuitur, percipiat; atque quotiens eum lectionem vel exercitium negligere, aut actum ordinarium, ad minus tertium, non intrare contingat; pro pena sciat sibi totiens, pro lectione neglecta grossum unum, pro actu vero tertio duos grossos, defalcari; quotiens id attentare presumserit.

De pena eligentium contra dispositionem expressam.

Quia non omnes equaliter legibus obediunt, statuimus: ut quotiens electores decanum non iuxta constitutionem predictam elegerint, et ille, qui sic eligitur, decanatus officio, et qui elegerint, potestate eligendi sint privati, devolvaturque potestas electionis ad eos, qui dicte illegitime non consenserant electioni, domino Rectore universitatis preside, cum suis Consiliarijs et decanis facultatum coassumtis. Quodsi omnes de facultate in aliquem non iuste, nec certo ordine, tunc inabilem, conspiraverint; residebit eligendi potestas, duntaxat apud dominum Rectorem cum suis Consiliariis et decanis facultatum.

De Salario dando promotoribus ab his, quos promouerint.

Ad obstringendam cupiditatis et auaritie viam, grauamenque promotionis et impensas moderandas, statuimus, et de nouo ordinamus: quod quicunque in baccalarium artium promotus fuerit, non plures, quam duos; qui uero in Magistrum, tres duntaxat ungaricales florenos suo promotori teneatur exhibere: nisi quis ex liberalitate, quam nulli prohibemus, plus illi voluerit offerre. De his autem pecunijs, Magister promotor a baccalario florenum unum, a Magistro vero, quem promouerit, marcam vnam, in fiscum communem facultatis offere, et dare cum effectu, hac nostra constitutione sit astrictus. In hoc tamen pauperes et defectuosos minime volumus onerari, quin si quis pauperem se probauerit, et beneficium relaxationis in facultate sibi fieri petierit, statuimus: ut, facta sibi relaxatione in

toto vel in parte, prout postulauerit, decanus pro tempore existens, eundem cum suis, si quos habuerit, promoueat; dum id magister suus facere sine pretio recusauerit: aut cuipiam Magistrorum committet, si proprios non habuerit, qui tunc aliquem unum, uel plures promouerit; et ille huius nostre constitutionis vigore ad eum promouendum sit astrictus. Nullus autem Magistrorum per quospiam modos aut dolos varios, contra constitutionem hanc ab ipsius promouendo quidquam extorquere presumat. Quod si fecerit, libertatem habeat ille promouendus, non obstante quacunque occasione, alienandi se ab eo, et sibi, quem placuerit, Magistrum promotorem eligendi; dum tamen id coram decano et consiliariis legitime probaverit. Volumus autem hanc ordinationem districte, ab omnibus et singulis doctoribus et Magistris, quicunque in artibus aliquem promouerint, obseruari. Quod si quis eidem, ausu temerario, contrauenerit, per dominum Rectorem, pro tempore existentem, eundem in una sexagena, facultati infiscanda, statuimus puniendum. Iste autem pecunie, sic ex promotis collecte, in actu laborantes, iuxta formam prius expressam, equa distributione partiantur.

De electione consiliariorum et examinatorum.

Statuimus, ut secundum tres ordines dispartitos, quibusdam de maiori Collegio, aliis de minori, ceteris autem extraneis existentibus, consiliarii decano, et examinatores pro gradu baccalariatus in artibus, addantur et eligantur; sic scilicet: ut decano ex uno ordine assumto, ex reliquis duobus, alter ex altero in consiliarios et item in examinatores, duo vel quatuor, iuxta consuetudinem diucius obseruatam, coeligantur, seruato ordine promotionis eorundem ad Magisterium. Si tamen tales sint, qui per se in eadem commutatione, ad formam prius expressam, laborauerint, ab his nunc incipiendo, qui seniores fuerint promotione, et de facultate actu laborantes; his duntaxat exceptis, qui nouissime predicta tenuerint officia. Hoc statutum debet teneri in propria forma juxta convocationem factam Magistrorum de facultate Anno Domini 1487. in die Maij 6ta.

De temporibus examinum.

Quoniam multi ad promotionem festinantes, cum lectiones primum inceptas audire ceperint, eas se complere non posse excusant, quia videlicet examina fere in ipsius innouationis studii exordio aperiuntur; ideo antiquam consuetudinem renouantes, statuimus: vt amplius examen pro gradu baccalariatus in artibus bis duntaxat in vno anno aperiatur: semel pro quatuor temporibus autumni, et semel pro quatuor temporibus quadragesime, nisi necessitas aliqua aliud suadeat; tunc enim decanus de consensu facultatis pluries examen in tempus hoc poterit apperire.

De tempore promotionis.

Constitutionem antiquam declarantes, statuimus: ut nullus ad quemcunque gradum in artibus promoueatur, nisi quatuor integris commutationibus lectiones talem gradum concernentes cum diligentia audiat. Quod si, aliqua urgente necessitate, diebus continuis ad eas audiendas intrare non possit, ad minus ter in qualibet septimana, lectionem, quam susceperit, audiat diligentius. Quod si quis hoc obseruare non curauerit, volumus ei lectionem illam, quam pluribus intercisam interuallis discontinuauerit, ad gradum non esse computatam, nullum penitus ad promotionem admitentes, qui infra duos annos festinauerit ad eandem.

De compositione pecuniarum pro examinatoribus.

Ne persone promuende sumtibus et expensis grauarentur, prouidere cupientes, declarando constitutionem desuper editam, statuimus: vt quotiens duodecim aut plures personas examinandas fieri contigerit, vltra sedecim grossos, a qualibet earum , nichil extorqueatur, in baccalariatu; in magisterio vero compositio marcam vnam non excedat. Paucioribus tamen personis existentibus, poterit numerus compositionis pecuniarum augeri in plus vel minus, iuxta personarum diminutionem: ita tamem, vt ultra viginti quatuor grossos, non sit excessus in baccalariandis, et in magistrandis ultra 48.

De tempore Studentium, quo se Magistris limitare teneantur.

Ne pueris et adolescentibus ad nostram accendentibus

vniuersitatem occasio euagationis prebeatur, statuimus et de nouo ordinamus: ut quilibet promotionem ex hac vniversitate assequi volens, infra unum mensem, postquam vniversitati se incorporauerit, et in matriculam fuerit inscriptus, aliquem sibi ex magistris deligat, cuius instructionem sequatur, et doctrinam atque omnia, que honestati, sue promotioni, et studio conducant, eius informacione sibi studeat vendicare. Quod si quis contra fecerit, sciat sibi lectiones omnes, quas ita sine directore exaudiuit, ad gradum non esse computatas.

Salarium decani.

Anno Christi Domini 1480 bissextili currente, in Sanctorum Apostolorum Simonis et Jude vigilia, Magistro Michaele de Wyelun, tunc decano facultatis artium, presidente, facta plena conuocatione Magistrorum facultatem regentium, conclusum fuit: quod deputatis certis diebus pro distributione pecuniarum, in fiscum importatarum, dies Elisabet beate, pro commutatione hiemali ad hanc distributionem, aut sabbatum ante proximum, si ipse in diem dominicam evenerit, subseruiat; et feria quarta proxima post Pentecosten, subserviat pro commutatione estiuali. Eodem anno, ipso die distributionis pecuniarum, sabbato scilicet proximo ante festum Sancte Elisabet, conclusum fuit per decanum predictum, de consensu maioris partis magistrorum, tunc presentium, desuper publica conuocatione edita: quod Magister, qui decanus artium pro tempore extiterit, pro suo salario habeat triginta florenos, non obstante priori statuto, quod disponit duntaxat de viginti. Jam amplius non tenetur nec est tentum (około 1650 r.)

De decano ordinatio facultatis.

Anno domini millesimo quandringentesimo octogesimo quinto die 22 aprilis, in decanatu Magistri Johannis de Pylcza, professoris in Sacra Theologia et Canonici in ecclesia Sti Floriani in Cleparz, conuocatione per eundem facta deputatorum per facultatem, ad declarandum et interpretandum quasdam dubietates ex nouis statutis emergentes, et presertim super ordine successionis magistrorum

in officio facultatis, prout ante eas Uniuersitas per venerandum patrem magistrum Mathiam de Cobilino, professorem Sacre Theologie, Decanum in ecclesia Sti Floriani, et protunc Rectorem uniuersitatis conuocata ipsi facultati super eisdem ambiguitatibus disponendum commiserat. Cuius quidem conuocationis deputatorum tenor fuit iste: Egregie domine Doctor et Magister Reuerende! Sitis hodie, immediate post prandium magistrorum, in stuba communi Collegii maioris artistarum, ad continuandum et finaliter concludendum super difficultatibus quibusdam statutorum facultatis artium, ordinis et successionis in officio, in ordine tripartito magistrorum de facultate et ceterum, prout diligitis fidem seruare in commissis. Detur venerandis patribus: Magistro Mathie de Cobilino, S. Theologie professori, decano in ecclesia S. Floriani et Rectori Vniuersitatis, Magistro Stanislao de Cracouia, Magistro Burchardo de Nissa, professoribus in Sacra Theologia et Canonicis S. Floriani, Magistro Petro de Zambrzecz, bacc. in S. Theol. et in eius absentia Magistro de Brudzew, Magistro Andree de Labyschyn, bacc. Sac. Theol. et Canonico S. Floriani et magistro Jacobo de Gostynin. Ex parte decani facultatis artium. Hi ergo sic, ut premittuntur, convocati pluries, ante discordantes, sub hac finaliter conuocatione disposuerunt et ordinauerunt: ut in decanatus assecutione seruetur ordo in statutis expressus, cum hac moderatione: ut completo ordine, magister extraneus non redeat ad eundem decanatum, nisi ordine finito inter minoris collegii magistros, saluo tamen ordine inter maioris collegii magistros; ut inter se ullam unquam interruptionem patiantur: sed semper pro commutatione hyemali, ex Collegio maiori, in decanum, iuxta formam statuti, (eligantur). Si vero contingat numerum extraneorum excedere numerum magistrorum minoris Collegii, non iuterrumpatur ordo collegiatorum minorum, sed vicissitudo inter eos et extraneos seruetur. Si autem contingat aliquem magistrorum vocari ad minus Collegium, qui in ordine extraneorum non fuisset decanus, seruetur in eo ordo statuti. Si vero fuisset

decanus inter extraneos, in minori non habeat illis prior decanatum, qui nunquam fuerunt, vel qui vicibus paucioribus fuerunt. Et idem intelligi volumus de vocatis ad maius Collegium de minori. De eligendis in consiliarios, is ordo seruetur: ut unus semper sit de maiori, alternatis vicibus ex altero reliquorum ordinum altero coelecto; eo tamen saluo: si inter extraneos ordo completus fuerit, non coeligatur ex eis aliquis in consiliarium, nisi etiam in minori ordine finito. Et de excessu idem seruetur, ut supra de decanatu expressum est. De examinatoribus, si tantum duo examinatores fuerint eligendi, fiat ut de consiliariis; si vero quatuor requirantur, decano de maiori existente, unus examinator fiat ex eodem collegio maiori, duo de minori, et quartus ex extraneis. Sed si ordo completus fuerit in extraneis, duo sint ex maiori, et duo de minori. Si vero decanus non fuerit ex domo maiori, tunc duo ex maiori, et alternatio inter reliquos duos ordines seruetur, iuxta moderamen de consiliariis et decanatu.

Auscultata sunt in plena facultatis conuocatione per decanum, et ibidem inductione facta, approbata, et in librum facultatis reponi decreta, anno et die quo supra.

In decanatu eiusdem, XV aprilis conuocata facultate, placuit omnibus de facultate, et ne magistri, diligentius in vniversitate laborantes, fraudentur premio laborum per decanatus surreptionem: ut si quem extraneorum, post expletionem etiam duorum annorum vel plurium in laboribus vniversitatis, post susceptam facultatem, contingeret intermittere labores in vniuersitate per quatuor annos vel plures, non erit ad decanatum ydoneus, nisi se iterum annis duobus habilitauerit; et si tribus vel duobus annis intermiserit, huius labores per unum annum se disponent ad minus. Etiam quilibet extraneorum, in decanum electus, prouideat sibi de loco mansionis, congruo statui, et honesto; ubi ad eum sine despectu aut aliqua displicentia magistri interim venire possint ad ea, que sunt huius officii exercenda; alias voluerunt talem alienum haberi a tali oficio decanatus.

(1501) Anno domini millesimo quingentesimo primo, die Saturni, secunda mensis octobris. In decanatu magistri Leonardi in Dopschycze, Juris Canonici Baccalarii, facta conuocatione omnium doctorum et magistrorum duntaxat de facultate, ad instanciam et postulacionem magistri Stanislai Byel de Nova ciuitate, S. Th. Baccalarii formati sub hoc tenore verborum: egregie domine doctor et Magister Reuerende! Sitis hodie, hora decima nona, in stuba communi maioris collegij dominorum artistarum, ad audiendum quandam peticionem magistri Stanislai de Nova Ciuitate, S. Th. Baccalarii formati, et super ea tractandum et concludendum; sub pena non contradicendi. Detur omnibus dominis doctoribus et magistris, duntaxat de facultate. Ex parte decani facultatis artium. Conclusum est fere, ex unanimi voto omnium doctorum et magistrorum in conuocacione ipsa tunc presencium, quod idem magister Stanislaus, iuxta peticionem suam tunc publice et coram tota facultate porrectam, debeat decanatum tunc, finitis sentenciis, habere in ordine suo, sibi tunc per facultatem, ex gracia et fauorabiliter reseruato pro commutatione hiemali; salua nihilominus eius ad prefatum decanatum abilitacione per unam commutacionem: iuxta formam statuti de abilitate ipsius eligendi in decanum disponentis; ita quod idem decanatus sibi debebit conferri et consignari omni cuiusuis contradictione semota. Et ibidem in eadem conuocacione deffinitum est, quod cuilibet sentenciario, qui, ante incepcionem sentenciarum, annis duobus decanatum non gessisset, aut sub lectione earundem, ius, ordinem, et locum ad gerendum decanatum habuerit, simili racione, post finitas sentencias, in suo ordine dari et consignari decanatus debebit. Auscultata per facultatem, die mercurii, sexta octobris, anno, quo supra, desuper conuocacione per decanum eundem premissa.

Conclusio de decanatu sentenciariorum.

Anno domini millesimo quingentesimo secundo, die Veneris, septima Octobris, in decanatu Magistri Martini de Tharnowyecz, facta conuocacione omnium Doctorum et

Magistrorum duntaxat de facultate, sub hoc tenore verborum: Egregie Domine Doctor et Magister Reuerende! Sitis hodie hora vigesima in stuba communi Collegii maioris artistarum, ad tractandum et consulendum de conclusione facta pro decanatu sentenciariorum in decanatu magistri Leonardi de Dopschycze, iuris canonici baccalarii, et ad corrigendum particulam, in predictam conclusionem insertam preter mentem facultatis, de qua prius fuit conuocacio et mencio in facultate; et super his omnibus concludendum; sub pena Decani in Statutis descripta, et sub pena non contradicendi. Detur omnibus dominis Doctoribus et Magistris duntaxat facultatem regentibus. Ex parte Decani facultatis arcium. Quibus quidem Magistris congregatis, matura desuper deliberacione habita, conclusum est ex unanimi voto omnium Magistrorum tunc in ipsa conuocacione existencium: quod hec conclusio, supra immediate posita, de Decanatu sentenciariorum, teneatur, illa particula, videlicet: annis duobus decanatum non gessisset, duntaxat excepta, que eciam est cinobrio tecta, ita, ut conclusio generalis de Decanatu sentenciariorum, sub hac, que sequitur ponatur, et teneatur forma: Et ibidem, in eadem convocacione, definitum est: quod cuilibet Sentenciario, qui immediate ante incepcionem sentenciarum, aut sub lectione earumdem jus, ordinem et locum ad gerendum Decanatum habuerit, simili racione post finitas sentencias in suo ordine dari et consignari Decanatus debebit; habita tamen abilitacione, que in priori Conclusione, immediate supra posita, de Decanatu Sentenciariorum expressa est.

Auscultata Die Saturni, quindecima Octobris, Anno, quo supra.

Conclusio de Magistris egrotantibus.

Quia in negociis infirmorum, facilius, quam aliorum, moderari se leges et omnia iura paciuntur; ideo, ne et in facultate artistica minus, quam in ceteris communitatibus, misericordie in infirmos esse videatur, placuit omnibus Magistris, predictam facultatem regentibus, tunc, pro eo-

dem negocio terminando, per Decanum congregatis, ut statutum de diuisione pecunie facultatis, solum inter illos magistros, qui per se tribus mensibus in eadem facultate legerint, taliter moderetur: quod, si quis magistrorum, cuius diligencia in prioribus leccionibus cognita fuerit, leccionem per se legendam inceperit, et ad minus unum mensem continue et per se legerit, tandem in infirmitatem inciderit, aut eciam, si a principio innouationis studii graui infirmitate preuentus fuerit, et postea conualescens, statim legere per se inceperit et usque ad finem Commutationis diligenter continuauerit, ita tamen, quod non breuiori quam integri mensis tempore, talis magister idoneus, diuisionis particeps reputabitur: eo tamen saluo, ut nullus facultatem aliquo pacto defraudet, aut ei illudat; sed quod tam grauis infirmitas sit, qua oppressus ad legendum, quemadmodum et ad alios actus, omnino invalidus sit; ad quod probandum tempore diuisionis, ad minus per duos magistros, actu facultatem regentes, astrictus sit; alias, si quoscunque actus alios exercere visus et probatus fuerit, tanquam negligens, sorte divisionis, secundum rigorem statuti, in toto priuabitur. Auscultata per facultatem, in decanatu Magistri Martini de Tarnowyecz, die Saturni Quindecima Octobris, Anno domini millesimo quingentesimo secundo.

Conclusio de pauperibus promovendis.

Anno dominini 1503 die Veneris 24 Martii, in decanatu Magistri Stanislai Byel de Noua Civitate, Sacre Theol. Baccalarii formati, Canonici Ecclesie S. Floriani in Cleparz, facta convocatione omnium magistrorum facultatem regentium, sub hac forma verborum: Egregie domine doctor et Magister reverende! Sitis hodie, in medio hore vicesime, in stuba communi Collegii Maioris artistarum, ad auscultandam conclusionem seu ordinacionem conceptam super admissione pauperum, de cetero fiendam; sub pena non contradicendi. Ex unanimi voto et consensu Magistrorum, tunc congregatorum, conclusum est: quod de cetero et peramplius pauperes, seu hi, qui in forma pauperum examini se submittere pretendunt, publice, iuxta formam prioris

statuti, petant sibi remitti solucionem fisci facultatis et exercii phisicorum, iuramentoque corporali deponant et declarent, se esse vere pauperes, qui scilicet protunc nec in re, nec in spe habeant, quo soluere prememorata possint; obligantes et sumittentes se nihilominus per tale iuramentum ad dandum vnum florenum in auro pro erario facultatis, quam cito id, arridente eis pinguiori fortuna, facere poterint: nisi sint servitores Magistrorum, a duobus annis in seruitiis probati. Nam si tales fuerint, ab vtroque sine iuramento erunt liberi et absoluti. In eadem quoque convocatione placuit: ut quisque Decanorum, pro tempore existens, sic se pauperes asseuerantes, tercio die ante introitum examinis ad se vocet, et rigorem iuramenti eis proponat: ne quoquomodo peierare contingat in grauamen conscienciarum suarum.

Quo tempore Praepositus S. Nicolai tenetur celebrare actus duos ordinarios, si Magister tantum fuerit.

Anno domini millesimo quingentesimo quarto, die XXVI Maij, ex speciali commissione, et certorum Dominorum Doctorum et Magistrorum electione per vniuersitatem facta, eisdemque magistris per certam conuocationis scedulam, in Rectoratu D. Magistris Jacobi de Gostinyn, Sacrae Theologiae professoris, Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Floriani, canvocatis, deliberatione praemissa, ex unanimi eorum uoto, primum quo ad Ecclesiam S. Nicolai et eiusdem plebanum, qui pro tempore per vniuersitatem fuerit electus, conclusum est, quod a modo et peramplius Plebanus eiusdem Ecclesiae, si duntaxat artium Magister fuerit praefatae plebaniae rector, extunc ad actus infra nundinas Cracouienses pro festo videlicet S. Stanislai in Mayo vnum, et S. Viti alium celebrandos erit obligatus per se, nulla nisi infirmitatis causa ipsum excusante. Extractum ex Conclusionibus vniuersitatis.

Conclusio declarativa superioris conclusionis de sentenciariorum decanatu, in Magistri leonardi de Dopschycze decanatu facte.

Quoniam plerumque euenit, quod ea, que scriptis committuntur, solent habere diuersam interpretacionem apud

posteros, quibus rei series, que scribitur, non fuerit ad plenum expressa: ideo anno domini 1506, die Saturni XXViij mensis marcii, in decanatu Magistri Michaelis de Wratislauia, facta conuocacione per eundem decanum, ad instanciam et postulacionem Magistri leonardi de dopschycze omnium dominorum doctorum et magistrorum facultatem artisticam regencium, conclusum est, ex unanimi omnium voto et consensu, nullo contradicente: ut particula tenoris conuocacionis, illa scilicet, preter mentem facultatis in conclusione pro sentenciariis in decanatu Migistri Martini de Tarnowyecz facta, ne sui ambiguitate quoquomodo in fame preiudicium prenominati Magistri leonardi upud posteros, quibus incognitus esset processus negocii, agere videretur, certam acciperet et evidentem sui declarationem, iuxta rei veritatem, in hunc, qui sequitur modum. Quia scilicet in ea conuocacione, que ad postulacionem Magistri Stanislai byel de novaciuitate, tunc sacre theologie baccalarii formati, fuerit facta, in qua tractatum et conclusum est de decanatu sentenciariorum, nulla fuit mencio illius clausule, que rubro deleta est. Non tamen illa particula fuit inserta simpliciter preter mentem facultatis, immo in sequenti conuocatione facultatis facta super auscultacione predicte conclusionis, ad instanciam plurimorum doctorum, et ex certis respectibus annuerat facultas, non tamen bene deliberata, ut illa clausula adijceretur; postea tamen maturiori habita deliberatione infra tempus unius anni, ne scilicet in preiudicium Magistrorum continue in artibus laborancium decanatus per sententiarios passim distraheretur, placuit dicte facultati, ut sub modo, quem prius conceperat et concluserat, decanatus sentenciariis in suo ordine admitteretur, dum et quando eos infra sentencias ordo tetigerit, abilitacione tamen premissa, post finitas sentencias. Et illa particula videlicet: annis duobus decanatum non gesisset, cum non fuit de mente facultatis, in illa scilicet conuocatione, in qua tractatum et conclusum fuit de decanatu sentenciariorum, deleretur; quamuis fuit de mente et scitu facultatis in auscultacione, minus tamen de-

liberate annuentis votis multorum dominorum doctorum, ut premissum est. Auscultata per facultatem die Saturni XViij mensis aprilis, anno quo supra, desuper speciali conuocatione facultatis secundum consuetudinem premissa.

Conclusio de his, quibuscum facultas dispensat in aliqua lectione totali.

Cum nonnunquam accidere solet, quod facultas artistica racionabilibus permota causis, cum aliquibus baccalariandis vel eciam magistrandis, in aliqua lectione totali deficientibus dispensat; ne igitur tales deficientes maiori libertate et prerogatiua super eos, qui absque tali defectu examen subeunt, gauderent: placuit omnibus Magistris facultatem regentibus, ut tales, quibus facultas dispensat, lectiones neglectas soluant realiter, et cum effectu; pro quolibet videlicet tractatu libri non auditi dando vnum grossum, vel alias, prout facultas decreuerit, secundum quantitatem libri neglecti. Que quidem pecunia cedet facultati. Et quamuis hoc frequenter conclusum fuerat et in execucionem positum, non tamen inter conclusiones vel statuta inscriptum, et ob hoc circa talia nonnulle in facultate exoriebantur difficultates. Ea de re anno domini 1506 die Saturni quinta Septembris, in decanatu Magistri Petri de Cracouia conuocacione facultatis, pro quodam baccalariando defectum in vna lectione habente, facta, finaliter conclusum est, ex omnium tunc voto et assensu, nullo contradicente: quod illa dudum conclusa de talibus deficientibus, cum quibus facultas dispensat, et de solucione eorum, sic ut premissum est facultati fienda, deinceps perpetuo tenerentur, et inter conclusiones vel statuta facultatis annotarentur. Auscultata et approbata est hec conclusio, anno quo supra, die Saturni tercia octobris, per facultatem ad hoc specialiter convocatam.

STATUTA PRO REFORMATIONE FACULTATIS ARTISTICAE QUOAD LECTIONES, ACTUS, ET PROMOTIONES, IN EADEM PER RECTOREM ET DEPUTATOS PER UNIVERSITATEM EDITA.

Anno Domini 1536 facta conuocacione feria sexta ante

conductum Paschae, sub hoc tenore verborum: Egregie Domine Doctor et Magister Reverende: Sitis hodie hora decima octaua in stuba communi Migistrorum majoris Collegii Dominorum Artistarum, ad continuandum tractatum et deliberationem de prouisione super defectibus, qui contingunt in actibus ordinariis artisticis, et ipsis generaliter artibus, tam in lectoribus quam in auditoribus, iuxta Universitatis commissa, et super his coucludendum sub debito obedientiae, et prout diligitis bonum Uniuersitatis. Detur Doctoribus Theologis Collegii maioris: Doctori Joanni Sanok, Decano facultatis Artisticae, ac Magistris Martino de Pokrziwnicza, Stanislao Grodzisko, Joanni a Piotrkow, ac Stanislao de Cracouia, seniori Bursae pauperum. Ex parte Rectoris. In qua quidem conuocacione ex praecedentibus deliberationibus et tractatibus de his materiis, et in Uniuersitatis conuocatione, et altera, quae fuit ante hoc eorundem deputatorum feria quinta ante Dominicam Laetare, finaliter pro bono Uniuersitatis et signanter facultatis artisticae, quae multum his temporibus decreuit ex unanimi (consensu) omnium Doctornm et Magistrorum per Uniuersitatem deputatorum infra scriptae constitutiones factae sunt et conclusae per Rectorem, manutenendae et observandae per Decanum et Magistros facultatis artisticae, sub hoc qui sequitur tenore.

Quoad lectiones statuta.

Decanus facultatis artisticae, infra commutationem ter ad minus uel quater, deferat Rectori negligentes lectores, puniendos secundum antiqua statuta; sub poena contra Decanum per Rectorem arbitranda. Sic enim cum frequentius lectores negligentes punientur, quod Rector facere ex vi iuramenti tenetur, reddentur ipsi lectores in suis lectionibus diligentiores.

Item sub eadem poena scrutabitur Decanus et diligenter inquiret de illis Magistris et Baccalaureis ac Paedagogis, et sic de aliis, qui studium artium confundunt, et signanter, qui exercitia nihili ducunt, eisdem detrahunt, ac studentes ab audiendis eisdem exercitiis retrahunt.

Item ut studentes et Baccalaurei allicerentur ad audienda exercitia quorum illa praecipue: Donati, Veteris artis, Posteriorium et de Anima, ad cultiorem stylum et compendiosiorem modum, per magistros ad hoc deputandos, reducentur, et eadem exercicia et omnia alia successiue, sicut premissum est, innouentur. Et tales Magistri pro hoc officio deputandi, si fuerint de duobus actibus, ab uno interim liberi erunt. Et nihilominus Uniuersitas non relinquet eosdem pro eorum laboribus inconsolatos.

Item Studentes omnes in Bursis manentes, et in scholis illi, qui studiis in Collegio dant operam, habeant suos praeceptores, ad quos se limitent, prout hoc Uniuersitatis statutis antiquis est cautum. Qui quidem preceptores inducant ipsos suos limitantes ad audiendas lectiones in artibus, sic quod unam ad minus in Philosophia, et aliam in Logica habeant lectionem. Et ipsi lectores suis diligentiis allicere conentur eosdem studentes ad audiendas artes, sine quibus coecí sunt in aliis omnibus facultatibus, imo et in humanitatis studiis.

Item infra exercicia non permittantur aliae lectiones fieri in Bursis vel alias, prout hoc idem antiquis prohibetur statutis

De actibus ordinariis.

Decanus facultatis artisticae veniat tempestive ad actum, puta ad primam Questionem, et praesens intersit actui interim, quando Magistri salariati arguunt; sub poena quatuor grossorum pro facultate conuertenda. Et Consiliarii Decani notabunt in hoc negligentias Decani, vel etiam alii Magistri.

Item. Magistri omnes intrent ad actum, arguente adhuc Decano, alias non computabitur eis actus ille, quum, ut experientia docuit, nonnulli Magistri tarde, vel cum iam instat locus eis argumentandi, veniunt ad actum, et repetunt eadem argumenta prius etiam aliquoties proposita.

Item omnes Magistri salariati per se, et non per substitutos, actus celebrent; sub poena sex grossorum per Rectorem exigenda. Et tales Magistros, per se non dis-

putantes, Decanus tenetur deferre Rectori; sub poena prout de aliis negligentiis est constitutum.

Item Praesidens actui, de Cathedra non recedat, sed diligenter intendat ad arguentes Magistros et respondentes, quos ipsi Praesidentes tenentur sublevare in eorum responsionibus et in aliquibus defendere. Et fiat disputatio et concertatio honesta et charitatiua, citra omnem contentionem et commotionem. Sic enim auditores allicientur ad interessendum talibus concertationibus et disputationibus, et ex auditu earum profectum eruditionis simul et respondentes reportabunt.

Item Decani hortentur Baccalaureos, quibus partes pro actu et responsione assignant, ut materiam, de qua respondere debent, bene revideant, et se bene disponant ad actum. Probationem conclusionum suarum authoritatibus philosophicis non theologicis probent, et confirment, positionemque suam, non in cartis scriptam legant, sed memoriter, ut solitum erat, proponant. Ad quod faciendum, ut se disponere possent, Decanus facultatis partes eisdem respondentibus tempestiue, hoc est una octava ante responsionem assignet, sub pena quatuor grossorum.

Item Magistri suos limitantes hortentur, ut actus visitent; imo mandent eis, ut eant ad actus, argumenta Magistrorum scripto rapiant, et suis praeceptoribus illas rapturas ostendant, ipsi quoque Magistri dum ad actus vadunt, suos limitantes secum ad actum intrandum accipiant. Sic enim honestabuntur actus frequentia et arguentium tum audientium, cum profectu omnium; propter quos actus omnes facultates silent et lecciones ordinariae aliaeque infra eosdem actus non leguntur, ne scilicet auditores ab eisdem actibus distriharentur.

De promotionibus.

Dum non subest necessitas et promovendorum idoneitas habilitasque, non frequententur promotiones ipsae in artibus pro gradu Baccalaureatus; sed bis in anno videlicet pro quartuali Crucis et Cinerum duntaxat fiant.

Item non promoueantur nisi habiles et idonei, hoc est: quod habeant tempus studii determinatum, lectiones omnes pro gradu deputatas audiant, et actus tam ordinarios, quam extraordinarios, prout disponunt facultatis statuta, habeant.

Item Magistri promotores non praesentent Decano aut Vicecancellario ad promouendum, nisi quem cognouerint illis tribus modis habilem; prout iuramentis et statutis facultatis ac Uniuersitatis ad hoc astringuntur. Sed nec Decanus suscipiat, et ad examen admittat, nisi sic, ut praemissum est, idoneos. Et non fiat passim dispensatio super defectibus, nisi constiterit aliunde de idoneitate et dignitate personae promouendae, sub poenis certis, ut pote: quod praesentans indignum, punietur per facultatem iuxta quantitatem et qualitatem excessus; Decanus uero suscipiens minus idoneum punietur per Rectorem Uniuersitatis prout excessus illius exigerit.

Haec praescripta statuta, publicata sunt per Rectorem Uniuersitatis memoratum, in plena conuocatione omnium magistrorum, per Decanum facultatis Artisticae, pro accipiendis exercitiis, horis, et lectoriis facta, Dominica ante festum S. Georgii proxima, et ad manutenenda eadem statuta per Decanum et omnes Magistros facultatis Artisticae, per Dominum Rectorem decreta et demandata, ac per praenominatos Decanum et Magistros, ibidem, nullo contradicente, aut eisdem statutis repugnante, suscepta. Praesentibus ibidem, una cum memorato Domino Rectore, Reuerendis Patribus Magistris et Doctoribus, Stanislao Biel, Sacrae Theologiae Professore, Canonico Cracouiensi, Jacobo de Cleparz, Decano, et Gregorio de Stauiszin, Custode Ecclesiae Collegiatae S. Floriani, Sacrae Theologiae Professoribus, in illa conuocatione facultatis Artisticae plena existentibus et interessentibus. Anno a nato Christo, quo supra 1536. Ego Magister Martinus de Ilkusz S. Theologiae Professor, Praepositus Eccleciae S. Nicolai extra muros Cracouienses, et tunc Rector Studii Generalis Cracouiensis, ita esse, praesentibus manu mea scriptis, testificor, qui et praescripta statuta auctoritate ordinaria Re-

ctoratus confirmaui et manutenenda temporibus futuris, per Decanum pro tempore existentem, et magistros eiusdem facultatis Artisticae decreui, praesentibus quibus supra.

Particula decreti in rectoratu Gregorii Stauischin de nouis quibusdam leccionibus pro gradu baccalaureatus et solutione earum ac quarumdam ad gradum magisterii pertinentium, extracta ex statutis Rectoris.

Placuit deinde eisdem dominis ab vniuersitate designatis, ut Collegae maioris ac minoris Gimnasij legant maiores et ordinarias lectiones Aristotelis, in naturali scilicet moralique philosophia, atque in mathematica. Et ut labori eorum respondeat praemium, statuimus: ut ab Euclide, Aritmethica cum musica, perspectiua, Theoricis planetarum, soluant lectori quatuor grossos. Ceterum uisum est praefatis dominis, ut ad certos annos exercitium Donati secunde partis, et paruorum logicalium, nec non modus epistolandi Francisci Nigri, atque de conscribendis epistolis Erasmi Roterod. postponerentur, et ut pro ordinaria lectione et gradu Baccalaureatus legerentur in Grammatica Perotus complete, cum modo epistolandi et arte metrorum; denique Rhetorica Ciceronis, loco modi epistolandi Francisci Nigri et conscribendarum epistolarum Erasmi, et nonnunquam epistolae minores Ciceronis; pro quatuor autem Tractatibus Petri Hispani legantur omnes Cęsarij Dialectices tractatus, insuper, ut lector philosophiae Alberti magni habeat quinque grossos, et Cęsarij quatuor grossos.

De laboribus magistrorum regalium et eorum, qui ad duos actus obstricti sunt.

(e Conclusionibus Universitatis a. 1518 p. 183 seqq.)

Legibus ac institutis maiorum obseruatum intelligitur, ut qui magistri regalium professorum nomine censentur, ii libros Aristotelis, quos, ipsi probauerint, aut sors illis obtulerit, summo studio ac pari diligencia in communem omnium usum publice prelegerent, idemque exercicia more antiquo profiterentur, videlicet: fusius ac apercius ea per questiones ac disputationes recolentes, que in philosopho coaccius ac teccius tradita sunt, eaque docendi ac profitendi

racio iam inde ab inicio, tamquam a fonte deriuata, ad nostram usque etatem dimanuit durauitque, nulla cuiusquam aut vi, aut interpretacione, interpellante.

Ecce autem anno Christi nati millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, preter spem expectacionem, inuenti sunt ex his regiis professoribus quidam, siue ocio blandiente, siue quod ita rectum putauerunt, qui dicerent: neque lecciones duas legi oportere, neque ad ipsas ullis legibus teneri; idque conati sunt ex privilegiis regiis ostendere, quorum animos rectores, alii verbis placare, alii legibus et institutis in officio retinere; omnes censuum retencione, nisi imperata facerent, coörcere aggressi sunt. Quod ubi illi uident, primum imperata detrectant, mox, ubi salarium sibi adimi uident, ad R. D. Samuelem Episcopum Cracouiensem Regi ac Uniuersitatis Cancellarium, rem deferunt. Res diu agitata est, et longa deliberatione in dies extracta, Rmo dno, pro sua prudencia, proque eo, quem in hanc academiam gerit animo, nihil eiusmodi propere decernente, quod et leges tolleret, et consuetudini (que vice legis est) preiudicaret.

Tandem, ne uel sue voluntati, vel Rdi domini Rectoris obseruancie, deesse videretur, in animum induxit, nulla lata sentencia, Reuerendos ac Egregios Dominos, Jacobum Uchaynski, Decanum Varsaviensem, ac Regie Maiestatis referendarium, Johannem Przeremski, prepositum Cracouien., viros cum ingenio ac iudicio, tum usu rerum prestantes, legum ac consuetudinis Academie non usquequaque ignaros, ad Dominum Rectorem et doctores mittere, qui, communicato cum eis consilio, viderent ac diligenter considerarent, quid leges Academie, quid consuetudines, denique quid presencia tempora, postularent; quo cognito decernerent, quid factu opus esset.

Fit, quod mandabatur. Adsunt dominus Rector, seniores patres, decani, ac consiliarii Universitatis, videlicet Reverendus dominus Nicolaus de Schadek, Rector Universitatis, Decanus Ecclesie S. Floriani, Jacobus de Cleparz, Canonicus Cracouiensis, Joannes de piotrkovia, Antonius

de Napachanie, Canonici S. Floriani, Theologie Doctores, Sigismundus de Stężycza, Canonicus Cracoviensis, Joannes de Schanok, prepositus Ecclesie S. Nicolai, Adam Matla de Cracovia, iuris doctores, Nicolaus de Vieliczka, medicine doctor, Petrus de Varsovia, decanus arcium, et Benedictus Cosminensis.

Hy omnes, lectis et expensis legibus, ac consuetudine cognita, rationeque temporum habita, in eam curam et cogitationem incubuerunt, ut neque legibus privilegiisque (que rata esse oportet) ulla vis inferretur, et tempori (quod tamen ubique vim habet, ut iura consiliaque hominum immutet) aliquid condonatum videretur: reputantes, non omnia omni tempori apta et congrua esse, aliaque ab aliis mutacione temporum et expeti, et repudiari solere; eaque, que ab hominibus excogitata et usurpata sunt, tantisper teneri debere, donec ea populus aut approbet, aut condemnet. Quare: quoniam exercicia in minori precio nunc, quam antea, haberi cepta sunt, non tam ipso rerum pondere, quam hominum voluntate, re diligenter expensa, in eam tandem sententiam omnes discesserunt:

Ut exercicia ad unum, plus minusue, annum auferantur, non perpetuo tollantur, restituenda posthac, si res tempusque postulabunt. Interim ut magistri, qui a regio censu regales dicuntur, ac deinde illi, qui ex veteri instituto ad duas lecciones legendas obligantur, singuli singulos libros Aristotelis summa cum diligencia legant; atque se ita comparent, ut in eis auditores videant, quod mirentur, quodque eos ad audiendum invitet, non alienet.

Ad hec, loco exerciciorum, aut questiones ex re nata et tempore quovis, ex authore modo probato, in medium afferant, dubia eliciant, contraria committant, opiniones conferant, recondita eruant, abdita illustrent, implicita dissolvant, omniaque ita agant, fingant, versent, ut et veritas appareat, et fructus studiosis constet. Aut ea, quae dicta in leccione fuerint, interrogando eliciant, ae quasi in animis auditorum sopita,

crebra repeticione suscitent, rationemque studiorum, tanquam pensum, ab eis exigant. Idque agent media hora eo modo, quo inferius descriptum videbitur, eamque accionem, non exercicia, ut antea, sed progymnasmata, vocabunt; proque eo labore tantum precii accipient, quantum ab exercicio antea capere soliti sunt. Ad haec, ex more maiorum, registra dent, in quibus sua nomina inscribant, qui ad promociones aspirant. Quibus quidem progymnasmatibus, qui non adfuerint, licet iam nomina sua inscripserint, nulla ratione ad honoris gradus admittantur. Et qui magistrorum ausus fuerit, testimonium, quod recognicionem vocant, dare non audienti, aut non perseueranti, is a facultate una sexagena mulctetur, sine ulla spe restitutionis, aut gracie obtinende. Sic enim fiet, ut et lector spe precii et authoris studio animum intendat, et auditores non desint, studio et amore promocionis adducti. Preterea decretum est, ut seniores bursarum, eos, quibus presunt, ad audienda eiusmodi progymnasmata, volentes adducant, nolentes cogant his statutis, que de audiendis exerciciis, in eorum statutis descripta sunt, pena proposita, nisi audierint.

Nam quod attinet ad tempus et modum legendi, ita decretum est: ut omnes magistri regales, atque ii, qui ad duos actus obstricti sunt, lecciones ex Aristotele extra sortem eleccionis, ordine vocacionis accipiant. Id enim et rectum esse videtur, propter eorum primam plantacionem, et ad presentem rem maxime aptum. Deinde quem librum quisque Artistotelis legendum acceperit, eiusdem non alterius progymnasmata exerceat in hunc modum:

Tres pluresve magistri, estate, undecima, legant Aristotelis textum; mox ubi duodecima audita fuerit, cum studiosis se exerceant in eodem lectorio ad mediam horam, eo modo, quo dictum est: nulla interim leccione a quopiam habita, quo tempore progymnasmata fiunt, ne auditores auocarentur. A prandio tres item, aut plures, magistri legant Aristotelem hora

decima nona; vigesima vero recolant cum studiosis, que prelegerint, eo modo, quo superius perfinitum est. Porro hyeme, accipient horam quindecimam ad legendum Aristotelem, sedecime vero medium ad exercenda pogymnasmata. A prandio horam vigesimam primam tribuent Aristoteli, vigesimam secundam progymnasmatibus.

Voluerunt autem predicti domini, ut exercicium Methaphysices et Ethicorum non aboleatur, sed more veteri (non a regalibus, neque ab his qui una leccione suo officio defunguntur) legeretur; decanus vero arcium diligenter observabit, clepsydra aut horologio ad eam rem habito, ne quid frigidius, aut segnius, contra quam oportet et decretum est, a professoribus fiat. Quod si fuerit, sine longa mora domino rectori referat, qui negligentes penis in officio retineat, curetque, ne aut serius in lectorium intrent, aut cicius, quam prescriptum est, exeant.

Hec rata ac firma domini esse voluerunt. Cui decreto qui contradicere atque obviam ire ausus fuerit, is ea pena teneatur, que est de lesa ac violata tum Rmi Episcopi Cracoviensis, qui huic rei atque decreto suum calculum apposuit, tum Rdi Domini Rectoris Vniuersitatis, authoritate: quam penam estimare voluerunt ad decem marcas pecuniarum.

Conclusio pro regalibus lectoribus facta anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo (24. Aprilis), in officio rectoratus Reverendi patris domini Jacobi a Cleparz, sacre theol. professoris et canonici eccl. cathedralis Cracoviensis.

Ne studia graviora per intermissionem quaestionum frigidius procedant, detrimentumque gymnasio adferant, Rdus pater dnus Rector ex consensu doctorum et magistrorum, quibus a tota universitate potestas inveniendae rationis promovendorum huiusmodi studiorum permissa erat, decrevit: ut sequenti commutatione, et, si successerit, deinceps, collegae regales, et qui ad duos actus obligantur, ut Canonici s. Floriani, in artibus laborantes, singuli singulas lectiones aristotelica profiteantur.

easdemque suis auditoribus repetant, hora a decano pro physicorum exercicio deputata, in aestate vigesima, in hyeme vigesima secunda.

In huiusmodi autem repetitionibus non vana, non futilia adferant, quibus et ipsis tempus inutiliter defluat, et iuvenum studia remorentur; sed diligenter observent, ut sententiam philosophi in lectionibus enarratam retractent, dubia circa textum occurentia adducant et resolvant, dissidentia componant. Sic enim et ipsis, et auditoribus mens philosophi certius innotescet, tenaciusque inhaerebit. Ne vero hujusmodi exercitationibus quotidianis nimium graventur, vel ad inepta commentaria relabantur, non singulis diebus omnes, sed bini tantum exercitabunt, ita: ut prima die innovationis studii, duo minores promotione ad huiusmodi repetitionem cum decano in sua lectoria descendant, integraque hora exercitent; secunda alii duo similiter, tertia item tertii, quarta ordo redeat ad primos, quinta ad secundos, sexta ad tertios, sic in orbem perpetuo redeundo, sine intermissione horae et exercitionis decani.

Lectiones autem non semper easdem legant, sed dum una comutatione certas legerint, sequenti alias profiteantur, sic tertia reliquas per eos ante non lectas; donec totus numerus librorum compleatur, et tum redeant ad primas. Sed nec eiusdem ordinis uno perpetuo easdem legant, ne ipsi tantum ab utilioribus commoda percipiant.

Diebus canicularibus, exemplo aliarum facultatum et gymnasiorum valetudini consulentes, quiescant; sed post eos lectiones prosequantur et exercitationes usque ad festum s. Michaelis, post assumptionis Marie incipiendo, aut post Bartholomaei. In hyeme autem, si prolixum intervallum fuerit, ad dominicam Laetare; si breve ad dominicam Palmarum, cum aliis producent labores: ut sic fiat compensatio laboris diebus canicularibus intermissi. Qui vero per caniculam legerint ad ferias exaltationis s. Crucis continuabunt.

Haec ita regales et ad duos actus obligati, ut supra dictum est, observent. Quod si quis alius voluerit huiusmodi

exercitationes circa libros Aristotelis facere, idem praemium ab eis quod alii percipiat. Quae omnia ut sic procedant, decanus arcium animadvertat, ipse vero quaestiones physicorum enarrans, praemittat aliquid contextus philosophi, unde quaestio nasci videtur; postea quaestionem diligenter explicet, ut profectum in auditoribus facere possit. Hora autem exercitiorum ne quid aliud legatur providebit.

Lectiones vero pro gradu Baccalaureatus sunt istae: Grammatica Peroti vel Linacri vel Alberti Szczebresinensis, Syntaxis Despauterii vel Eleganciae Lau. Valen. (Laurentii Vallensis), Dialectica Caesarii (vel Jacobi Gorsci, Poloni J. U. D. serius additum), Vetus ars, Priorum, Posteriorum, Elenchorum, Physicorum, de Anima, Rhetorica ad Herennium, Philosophia magni Alberti. His accedant exercitationes: Veteris artis, Priorum, Elenchorum, Posteriorum, De Anima, Physicorum. Responsiones vero quadraginta adsint: decem in superiori lectorio, sub magistris praesidentibus; decem in inferiori lectorio, sub Baccalaureis; decem extraordinariae sub Magistro; decem item extraordinariae sub Baccalaureo artium.

Pro gradu vero Magisterii: Topicorum, de coelo et mundo, de generatione, Metheororum, Parvorum naturalium, Ethicorum, Politicorum, Oeconomicorum, Metaphysica, Euclides, Perspectiva, Arithmetica cum Musica, Theorica Planetarum. Exercitationes: de coelo, de generatione, Metheororum, Parvorum naturalium, Methaphysice, Tusculanae quaestiones pro Ethicorum quaestionibus, Topicorum, Physicorum. Responsiones decem in superiori lectorio adsint, decem item extraordinariae sub Magistro.

Disputationes item publicae (i. e. ordinariae) ab omnibus accurate peragantur, singulis respondentibus ad minus duo argumenta proponendo, eaque, si illi non possent, frequenter solvendo; ne iuventus in eis tempus inutiliter collocare videatur.

Praesidens suos respondentes pro viribus cum modestia defendat, ut res melius explicetur et occasio argumentandi praebeatur; nec id opponentes aegre ferant, quin potius

solutiones approbent, aut cum modestia impugnent, si non satisfacere videbuntur.

Ne vero nomen exercitii odiosum adolescentes ab huiusmodi repetitionibus absterreat, intimantes pro lectionionibus, quae ad exercitationem tenentur, addant sic: Idem hora vigesima praemissam lectionem per modum epilogi repetet, dubia item circa textum occurentia resolvet.

Sublata sunt ad praesens pro magistrandis quatuor exercitia, videlicet: Veteris artis, Novae Logicae, Posteriorum, de Anima; que olim pro gradu magisterii repetebantur. Quare intererit multum facultati artisticae, ut pro istis exercitiis alias lectiones pro magistrandis introducat, ne damnificetur in solutione facultas artistica. Haec quatuor exercitia magistrandis anno domini 1554 ex speciali favore facultatis dimissa sunt, et in posterum facultas promisit sese deliberaturam, an debeant repeti per magistrandos, vel aliae lectiones pro illis substitui.

Conclusio de tempore legendarum ac finiendarum lectionum.

(e Conclusionibus Universitatis a. 1569 p. 261.)

Anno 1569, die vero IV Martii, conuocatio facta est omnium Doctorum et Magistrorum Academiae nostrae salariatorum, in hypocausto communi Collegii maioris artistarum, sub pena non contradicendi et quatenus diligitis bonum Universitatis: ad tollendam occasionem contendendi, disceptandi et controvertendi inter artium Magistros sive intraneos, sive extraneos professores, sive in facultate, sive extra facultatem (ut vocant) fuerint. Quae quidem occasio dabatur, exoriebatur, et pululabat ex conclusionibus diversum tempus legendarum ac finiendarum lectionum, statuentibus, antiqua scilicet anno Domini 1510, IV Martii, et nova sub rectoratu olim Rndi Domini Jacobi de Kleparz, Canonici Cracoviensis, anno Domini 1550, factis. Hae enim duae conclusiones de tempore finiendarum lectionum Magistris et professoribus in artibus legentibus, in aestate usque ad ferias Sanctae Crucis, hyeme uero ad dies Carnisprivii; nova autem in hyeme ad dominicam Laetare, si prolixum fuerit intervallum, sin breve ad do-

minicam Palmarum, in aestate vero usque ad festum Sancti Michaelis. In qua convocatione, standumne sit antiquae aut novae constitutioni, deliberatum est et tractatum. Post longam ergo ea de re deliberationem et tractationem, ex justis et legitimis rationibus, quae tum adferebantur, ac unanimi Doctorum ac Magistrorum omnium facultatum sententia (dempto Mgro Nicolao Bodzancino et Stanislao Pinczoviensi, Theologiae Baccalaureis, qui novae innixi, in antiquam consentire recusarunt) per Dominum Rectorem conclusum est et constitutum: sequendam potius antiquam constitutionem, quae aequior et commodior visa est, quam nova. Haec enim nova Baccalaureos artium ad legendas lectiones in quadragesima, pro biennii completione obligatos, in horis et lectoriis impedit, et dat occasionem contentionibus et litibus inter artium professores. Et ut iam in posterum magistri et professores artium, sive extranei, sive intranei, sive in facultate, sive extra facultatem artisticam fuerint, in hyeme nonnisi ad dies Carnisprivii, in aestate vero ad ferias Sanctae Crucis, legere et finire lectiones suas teneantur et sint astricti, cessante duntaxat praestituto legendarum et finiendarum lectionum tempore in nova Doctoris Jacobi de Cleparz constitutione, aliis autem omnibus, in ea contentis, in sua integritate et robore conservatis, quibus hac constitutione in nullo derogare, visum est, et rationabiliter conclusum et statutum. Quae conclusio auscultata est, et (duobus solummodo praefatis Magistris et Baccalaureis Theologiae exceptis) approbata per totam universitatem Doctorum et Magistrorum ad hoc per Rectorem convocatam Martii XVI, anno quo supra.

Conclusio de honestate vestitus magistrorum facultatem regentium.

Anno domini 1572, die 19. Aprilis, in conuocatione Magistrorum omnium facultatem regentium, in qua fuit tertio in decanum electus Magister Stanislaus Radossycius, ex consensu omnium magistrorum conclusum fuit; ut ne quis magistrorum ad facultatem philosophicam aspirantium, aut iam in eandem receptorum, indecenti habitu ad lectiones legendas aliosque publicos actus celebrandos utatur, hoc

est: ne tunicis stricte manicatis induatur, pileis nonnisi aut biris (biretis) doctoralibus, aut auriculatis, quae myczkas vocant, operiatur, sub poena non admittendi ad facultatem; eis vero, qui iam sunt admissi, poena carentiae et examinaturae, consiliaturae, et reliquorum commodorum ex facultate eadem prouenientium. Haec eadem conclusio, postridie in conuocatione ad capiendas horas et lectoria pro lectionibus legendis, facta, fuit ab eisdem Magistris facultatis philosophicae auscultata et approbata.

Anno domini 1575, die prima Septembris, magistro Paulo a Lodzia, interim artisticae facultatis Decano, convocatione DD. Magistrorum pro acceptandis lectionibus facta, et dum sorte lectiones accipiebantur, Venerabilem Magistrum Jacobum Charuinium dum sors tetigit, hic surgens a Venerabili Philosophica Facultate petiit, quo sibi libros tres Ciceronis de Oratore ad Quintum fratrem profiteri concederet. Quam petitionem dum secum diligenter DD. professores expenderent, studiosis artis dicendi consulere volentes, hunc librum de Oratore praedicto D. Magistro ex consensu omnium, praesertim facultatem regentium, profitendum concesserunt, ita: ut nihil illi obsit ad participationem fisci, et ad alia officia obeunda, quae potissimum spectant ad Venerabilem Facultatem Philosophicam.

CONCLUSIONES AD FACULTATEM PHILOSOPHICAM ET ALIOS PERTINENTES

per D. Jacobum Gorscium J. U. Doctorem, Archidiaconum Gnesnensem, Canonicum Plocensem Academiae Cracov. Procancellarium et interim eiusdem Rectorem, et per Deputatos ab Academia, propter studiosorum maiorem profectum confectae, postea ab omnibus DD. Doctoribus et Magistris comprobatae, annoque Domini MDLXXIX commutatione aestiua, decano V. Magistro Adamo Wresnano, in hunc librum inscriptae.

Ordinatio Bursarum.

Seniores bursarum studiosis bono exemplo in omnibus peaeluceant, et statuta omnia, quae semper in usu sunt fideliter exequantur; cum priuatis praeceptoribus studiosorum, consilia et operas communicent, et maxime animaduertant, ut honeste, pacifice, domi et foris, viuant, eosque ad lectiones publicae audiendas statutis compellant, et disputationes serotinas in bursis iuxta statuta faciant: studia vero tam publica, quam priuata negligentes et statutis rebelles Rectori tempestive deferent.

Ordinatio Scholarum.

Quoniam Magistri scholarum negligentiores sunt in suis, ad quae tenentur, officiis; ideo ex nunc, secundum antiquam consuetudinem, discipulos suos in pietate et morum probitate diligenter instituant, in disciplina retineant, et lectiones in scholis legant matutino et pomeridiano tempore, earumque exercitia diligenter faciant eiusmodi, quibus et iuventus cum profectu instituatur, et ipsi concilient sibi prouisionem in vacantia beneficiorum. Qui enim maiore cum diligentia et profectu scholae praefuerit, ipsius etiam prior et maior ratio habebitur, senio inerti posthabito.

Praeceptores priuati.

Honestati suae et Uniuersitatis consulendo, pueros prima elementa discentes, ad informandum nullatenus suscipiant; tempore disputationum ordinariarum, discipulos apud se non retineant, sed ad disputationem remittant: ut ibidem scripto argumenta disputantium excipiant, que praeceptoribus examinanda exhibeant. Ut autem ex ipsorum institutione appareat discipulorum profectus, frequentius ipsos ad declamandum soluta et ligata oratione excitent. Lectionibus autem priuatis ita eosdem occupent, ne publicas negligant.

Professores publici.

Ad grauiores lectiones obligati ita eas explicent, ut auctoris intentionem et dispositionem demonstrent, et ita diligenter profiteantur, ut omnes libros, lectionis susceptae perficiant.

Exercitationes vero secundum praescriptum conclusionis Universitatis anno Domini 1550 factae exspatient. Disputationes autem ordinarias ita tractent, ut methodum disputatoriam in proponendis probandis et dissoluendis argumentis, debite et memoriter exprimant; ne prolixis et ineptis orationibus, in deducendis probationibus, tempus inaniter conterant; ne argumenta ab aliis proposita repetant, et adhuc disputante Decano, omnes in sua classe veniant; argumentis autem binis singuli agant, iuxta conclusionem anno domini 1550 fol. 93 factam.

Humaniora studia.

Quoniam vero Uniuersitatis studiosi sunt genio et ingenio dispares, nec omnes philosophicarum, et quae pro gradu sunt, lectionum capaces; ideo Uniuersitati placuit diuersitatem studiorum et lectionum, pro ratione temporum praesentium, talem instituere: ut deinceps liberum sit, ad beneplacitum Uniuersitatis, omnibus professoribus incorporatis et extraneis profiteri oratores, poëtas, historicos, pro cuiusque industria, et in talibus profectum, cum istis condicionibus: si Regalis (professor) unus, vel duo ad summum, ad eiusmodi studia profitenda se habiles senserint, et loco exercitationum easdem profiteri voluerint, hoc nonnisi cum consensu et promissione Rectoris Uniuersitatis facere debebunt. Si vero aliquis alius, non Regalis existens, et alicui istarum facultatum deditus, eas professus fuerit cum Academiae dignitate et profectu studiosorum, quod Decanus facultatis philosophicae diligenter obseruabit; eidem tanquam essentiales ad regendam facultatem computentur. Cum autem peruenire debebit ad participationem facultatis, immediate una commutatione Aristotelicam lectionem leget, ne quid statuto Philosophicae Facultatis derogetur et deinceps, nisi cum illo per facultatem dispensatum fuerit.

Lectiones humaniores.

Ne autem aliquod dubium aut altercationes de lectionibus in genere propositis exoriantur, easdem nominare placuit:

Ex Grammaticis.

Grammatica M. Alberti Szczebressinensis (vel *Th. Linacri vel Lucae Piotrovii:* serius additum).
Grammatica Graeca Clenardi vel Meceleri.
Grammatica Hebraea Campensis, vel Clenardi.

Ex Oratoribus Latinis.

Omnes libros Rhetoricos Ciceronis, Aristotelis et Quintiliani.
Orationes selectiores Ciceronis.
Epistolas ad familiares et ad Atticum Cic.
Tusculanas Quaestiones.
Officia Ciceronis.

Ex Oratoribus Graecis.

Demosthenem et Isocratem et XIII. Oratores Graecos.

Ex Poëtis Latinis.

Omnia Opera Virgilii.
Omnia Opera Horatii.
Ovidii Fastos, Methamorphosim, Tristium, de Ponto.
Terentii Comoedias omnes et Plauti selectiores.
Persii Satyras (*et Juvenalis et Horatii Sermones:* serius additum).

Ex Graecis.

Homerum (*Theognidem et Phocylidem:* serius additum).
Hesiodum. Euripidem.
Pindarum. Aristophanem.

Ex Historicis Latinis.

Liuium. Sallustium.
Commentaria Caesaris.
Solinum. Tacitum.

Ex Graecis.

Xenophontem.
Thucydidem et Herodotum. (*Herodianum:* serius additum).

Ex Mathematicis.

Sphaeram Joannis Sacrobosci.
Cosmographiam Ptolemaei vel Appiani.
Arithmeticam Gemmae Frisii.

Ex Physicis.

Jacobi Carpentarii Philosophiam.
(*Alberti Magni Compendium Physicae:* serius additum).

STATUTUM QUOD BACCALARII ET STUDENTES PERAMPLIUS IN BURSIS STARE TENENTUR.

Cum secundum apostolum ab omni specie mali abstinere communiter in solidum precipitur, hiis tamen precipue, qui deo militare satagunt, et se claros studio ad erudicionem plurimorum esse vollunt, et non solum a malo et eius occasione abstinere, verum et bono adherere toto corde, indicitur. Quia tamen secularium conuersacionum et presertim feminarum implicatus vix quispiam, aut nullo modo, deo atque literis insistere toto posse valet, cum ob eam causam, Augustino docente, feminarum cum clericis nullo pacto coniuncta pemittitur conuersatio; nam si non facile a periculo excipitur, qui scorpionibus et serpentibus incumberet, quantominus virus dampnosum, a disciplina et moribus alienans, euadere valebit cetui feminco conuictus. Hac etenim ratione, graui verbo de formis mulierum disputare Hieronimus prohibuit, inquiens: femine nomen tuum nesciant, ne animus aliorsum ad maligna distrahatur: sciens, quod in maliuolam animam non introibit spiritus sapiencie, nec habitabit in corde subdito peccatis.

Cupientes igitur huic morbo salubriter obuiare, prouidereque, ne studentes a studio ipsorum distrahantur, pecuniam patrimoniorum piorum et parentum perniciose consumentes, turpitudinem colant pro virtute, studio virtutis pretermisso, statuimus irrefragabiliter obseruare volentes: quod a modo et in amplius nullus Baccalariorum aut studencium, participio nostro gaudere volencium, in ciuitate Cracouiensi, aut vicis et suburbiis ipsius, nec non in Cazimiria et Florencia (Kleparz) domo aut hospicio conducta, moram habere presumat; sed quilibet eorum in bursis; aut in scolis, sub disciplina stare teneatur, et sit astrictus. Quincunque autem huic statuto nostro ausu temerario, quod absit, contrauenire presumserit, defensione et proteccione Rectoris se nouerit cariturum. Dominus quoque Rector, se nullatenus pro talibus interponat, ac interponere debebit. Talem quoque, si eum pro suis iniuriis agere contingat, sibi Rector iustitiam, tanquam inobedienti et friuolo, denegabit ministrare; aliis quoque de ipso conquerentibus complementum iusticie rigidum exhibebit: a gradibus eciam, si ad aliquos talis transgressor aspirabit, volumus eum penitus esse alienum; nec, nisi correxerit, admitti debere. Emolimentis insuper, que vniuersitatem ex priuilegii contingunt, ut puta, cerevisia propinari studentibus solita, et aliis, carebit. Volumus tamen hoc nostrum statutum moderari, ne cuipiam graues esse videamur: quod hi, qui parentes in ciuitate habuerint, tales in domibus cum consensu Rectoris, si sibi videbitur expediens, morari poterint. Hoc eciam de seruitoribus dominorum, et aliis pauperibus intelligere volumus, prout Rectori videbitur expedire, de quo Rectoris conscienciam oneramus. Filii quoque Magnatorum (sic) et Nobilium personarum, si qui in civitate morari voluerint, nullatenus ea facere presumant; nisi ad hoc voluntas Rectoris specialis concurrat, qui dispensare poterit cum eisdem, ita tamen: quod magistrum aut adminus baccalarium secum teneant, pro sua in scienciis et moribus direccione. Si vero id facere noluerint, aut alter eorum noluerit, extunc Rector sibi licenciam nullo pacto admit-

tat. Statuimus item: quod studentes ad studium venientes, infra octo dies, aut de licencia Rectoris duarum septimanarum, sibi de introitu bursarum, aut locorum honestorum, ut puta scolarum, prouidere teneantur: alioquin si secus fecerint, extunc domini Consules Cracovienses eos, de hospiciis et de suburbiis secundum tenorem priuilegii et ordinationem Serenissimi Domini Regis Polonie et dominorum Consulum Cracoviensium, qui ad hoc se obligarunt, expellere, tanquam acefalos (sic) et sine remige fluctuantes, tenebuntur.

Conclusio ut vestis Beati Cantii cum Epomide et tabardis in thesauro s. Annae servetur.

Conclusio in decanatu M. Jacobi Ustiensis **1617** die **22** Aprilis facta per R. D. Joannem Jovium Leopolensem s. Theolog. Baccalaureum Canonicum s. Floriani, Anno **1618**. Artisticae facultatis Decanum inscripta cum *placuit*, V. Facultati Philosophicae in electione novi D. Decani anno ut supra et die pro immutatione aestiva per D. Decanum convocatae ex unanimi consensu R. D. et V. D. et Magistrorum conclusum est, ut vestis B. Cantii cum epomide et tabardo lata, observata, recondita ab eo tempore non jam penes Dominos Decanos, sed in thesauro s. Annae propter majorem reverentiam reliquis sanct. debitam servetur, et die electionis D. Decani stata, per antiquum Dominum Decanum et consiliarios ab Ecclesiae Sacristiano repetitur, ac tandem convocatione et sollennitatibus in electione Domini Decani fieri solitis peractis, per D. Decanum et DD. Consiliarios electos in eo eidem ecclessiae s. Annae thesauro deponatur. Clavis vero altera penes D. Decanum noviter electum, altera penes D. Consiliarios et seniorem Domus Majoris erit. Quae conclusio auscultata est per V. Facultatem philosophicam, approbata et inscribi jussa.

Conclusio in absentes a convocatione.

Anno Domini **1629**. Conclusio. Decano data convocatione ad videndum praesentari personas pro gradu Bacc. jam in artibus axaminatos, conclusum est unanimi consensu V. V. D. D. Magistrorum facultatem artisticam regentium

DD. Professorum: absentes hora a data convocatione in una sexagesena ipsorum puniendos singulos ex futura dismembratione fisci. Reliquos autem non participantes de fisco facultatis, tanquam oblitos honoris et praerogativae facultatis philosophicae, beneficiis a data facultate dari et conferri solitis ad primam illorum petitionem puniendos.

d. **Bursy.**

»Bursy czyli *contubernia* — mówi Putanowicz — są domy lub kamienice od fundatorów skupione i wystawione, gdzieby się ślachetna młódź, także innéj kondycyi studenci przybywający na nauki do akademii krakowskiéj mieścili i mieszkali. W tych bursach za dochodzeniem funduszów, na wyznaczone osoby stół wspólny bywał. Lecz gdy te fundacye jedne całkiem upadły, od drugich zaledwie czynsz przez połowę połowy dochodzi, na podniesienie innych potrzeba łożyć znaczne parwne koszta, a nawet i po nastąpionych wyrokach od dziedziców i possessorów dóbr, na których są lokowane, sprawiedliwie należących się jałmużn na ubogich uczących się studentów wyżebrać nie można, często bardzo do tego przychodzi, że takowy stół bywa zawieszony, ile, że bursy na nieustanną reperacyą znacznego corocznie potrzebują kosztu. O czém na miejscu swojem pod bursami w szczególności. Wszystkie jednak ogólnie mają zawsze opał i usługę wspólną, z dochodów bursy opatrzoną. Takowe zaś bursy są następujące:

1) *Bursa ubogich, czyli królewsko-jagielońska.*

»M. Jan Jsneri, pierwszy w pierwiastkach akademii krakowskiéj z pomiędzy professorów pisma ś. professor w r. 1409. za konsensem króla Władysława Jagiełły kupił kamienicę na ulicy wiślnéj narożnią u Statschreibera, mieszczanina na mieszkanie studentów bądź uboższych, bądź majętniejszych. O czém tranzakcya urzędowna *sabbatho ipso die s. Appoloniae V. et M. A. D.* 1409 zaszła, naucza.«

»Roku następującego 1410 dnia 22 Marca testamentem

swoim tak tę kamienicę rozporządził.[1]) Chciał, aby w niéj ubodzy magistrowie, bakalarze, studenci z którychkolwiek prowincyi królestwa, szczególniéj jednak z W. X. Litewskiego i Rusi na nauki do akademii krakowskiéj przybywający, zdatni *ad studium theologiae et artium*, *ad dilucidandam catholicam fidem* mięszkali. Ztąd wzięła swoje nazwisko bursy ubogich; w przedniéj części powinni się byli mieścić majętniejsi, w tylnéj zaś ubożsi studenci.«

[1]) Testamentum Joannis Ysneri continens fundationem pro bursa pauperum. In Nomine Domini Amen. Sub anno nativitatis ejusdem Millesimo quadringentesimo decimo. Indictione tertia. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papae quinti anno ipsius primo 22 Mensis Martii, hora nona vel quasi in viridiario parvo curiae domus acialis habitationis honorabilum et discretorum virorum Dominorum Altaristarum Presbyterorum retro macella carnificum sitae in Civitate Cracoviensi in mei Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia personaliter constitutus venerabilis et circumspectus vir Magister Joannes Isneri Cantor Ecclesiae Sandomiriensis Cracov. Dioecesis s. Theologiae Professor non compulsus, non deceptus, nec per aliquem errorem seductus, sanus mente corporeque existens et sciens, quoniam nihil certius est morte et nil incertius hora mortis, ac volens de his quae acquisivit et congregavit in terris multiplicatum fructum recolligere in coelis, de rebus suis in modum sequentem nuncupatum fecit et condidit testamentum, et ejusdem sui testamenti constituti, fecit, nominavitque ac elegit suos veros et legitimos executores Venerabiles Dominos Joannem Szafraniec custodem et Canonicum Cracov. nec non Vicarium in Spiritualibus, per Reverendum in Christo patrem et dominum Petrum Episcopum Cracoviensem, specialiter deputatum, Magistrum Nicolaum Piser s. Theologiae Professorem, Archidiaconum Ecclesiae Collegiatae s. Mariae gloriosae in Sandomiriensi civitate praedicta, Magistrum Franciscum s. Theologiae Baccalaureum Decanum Ecclesiae Collegiatae s. Floriani extra muros civitatis Cracoviensis absentes tanquam praesentes omnes in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus eorum inceperit, alter ipsorum prosequi valeat agere, litigare, defendere, mediare et finire coram quibuscunque judicibus spiritualibus et secularibus, cum quibuscunque personis spiritualibus et secularibus. Et primo testatus est bona in Trontnowice, quae pro pecuniis suis emit sibi praefatus Dominus Joannes Szafraniec Vica-

»Od królowéj zaś Anny z Jagiellonów, która fundacyą téj bursy powiększyła (jako o tem niżéj) nazwana jest bursą jagiellońską. A gdy z czasem przybywających na nauki do akademii krakowskiéj szczupłość miejsca nie obejmowała, rozprzestrzenił tę bursę Jan Długosz, kanonik krakowski, przez zakupienie bliskiéj kamienicy, a wymurowanie onejże. Toż samo w lat kilkadziesiąt uczyniła była samaż akademia, gdy dla większéj obszerności téj bursy kupiła

rius in spiritualibus Episcopatus Cracoviensis, legat et disponit pro uno altari erigendo in Ecclesia cathedrali cracoviensi, ad quod Venerabiles Magistri de collegio Principis Domini Vladislai Dei gracia regis Poloniae sito in eadem civitate Cracoviensi duos valentes Magistros graduatos in s. Theologia, vel ad minus valentes Magistros in artibus praesentabunt Domino Joanni Szafraniec, et ipso decedente, seniori de armis suis: qui domini et de illis armis gubernabunt dicta bona, nullum emolumentum inde expectantes nisi meredem futurae patriae. Magister autem tum sic praesentatus episcopo loci ordinario per seniorem ut praemittitur de armis Domini Joannis Szafraniec praedicti, tenebitur ad unam missam in hebdomada. Item tenebitur legere in artibus vel in theologia, dum per infirmitatem aut senium non fuerit gravatus. Item tenebitur ad domum pauperum sitam in platea Vislensi Cracoviae dare omni anno sex Marcas pro necessariis ipsis comparandis. Si autem studium cracoviense cadat, tunc praedicta bona cum suis fructibus universis testatus est pro uno Magistro graduato in Theologia aut sententiario, qui sit lector in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi et ejus praesentatio spectare debet ad seniorem de armis praemissis, qui etiam sit adstrictus ad duas Missas in septimana. Item specialiter praedictis Dominis Magistri Nicolao Piser et Francisco committit domum quem emit pro Universitate studii cracov. ad usum pauperum, Magistrorum, Baccalaureorum, Studentium et ad quam ante omnia si fuerint recipi Lithuani et Rutheni habiles ad studium Theologicale et artium ad dilucidandam catholicam fidem, sic quod posterior domus deserviat habitationi pauperum, et anterior domus deserviat divitibus, qui censum debent his pauperibus, de quibus dictum est supra dare. Item de censu domus anterioris debent omni anno octo Marcae dari duobus aptis Lithuanis ad studium Theologiae et Artium qui studuerint et in domo praedicta habitationem habeant tanquam pauperes studentes. Interim autem cum haberi non possunt, tunc istae octo Marcae dari duobus pauperibus Sacerdotibus et studentibus in Theologia; quorum quilibet legat quatuor vicibus

była kamienicę stykającą się z bursą u Jakóba Grumscha. O czém transakcya między akademią a Magistratem krakowskim sub actum Cracoviae Feria 6ta post festa Paschae A. D. 1461.«

»Bursa ta ma swego prowizora i seniora. Obudwu

---

in septimana Requiem et Vigilias cum tribus lectionibus. Si autem studium Cracoviae defluet, extunc legavit et testatus est domum praedictam pro Ecclesia s. Mariae Virginis Sandomir. quae ipsam vendet et pro pecuniis duas lampades comparet, unam ante corpus Christi, aliam autem ante majus altare B. Mariae Virginis gloriosae. Pecuniam, quae superfluet committant in res magis necessarias pro cultu divino, pro ecclesia praedicta; item libros suos in Theologia et in artibus legatus est ad collegium Cracoviense praefati Domini Regis Vladislai et ad domum pauperum, scilicet quae de manu sua scripsit. Si autem desierunt esse, tunc libros praedictos habeant canonici regulares Ecclesiae corpori Christi sitae in Civitate Casimirensi extra muros ejus Civitatis Cracoviensis, nisi aliter videretur in Conscientia Magistri Nicolai Piser et M. Francisci praedictorum executorum fore statuendum. Item specialiter et singulariter omnes et singulares res suas praeternominatas in vestibus quibuscunque nominibus censeantur sive invenirentur cum effectu commissit praefato Magistro Francisco ad disponendum pro salute animae suae secundum quod de hoc satis sibi suam intentionem declaravit. Et quia nulli nisi soli Deo de dispositione hujusmodi rerum teneantur facere rationem. Super quibus omnibus et singulis praemissis praefatus Magister Joannes Ysneri testator a me notario publico infrascripto petit sibi fieri publicum instrumentum. Acta sunt Anno, die, mense, indictione, Pontificatu, hora quibus supra. Praesentibus venerabilibus, honorabilibus, et discretis viris Magistro Nicolao Wigandi Decretorum doctore de Cracovia, Joanne Michaelis de Biecz clerico Dioecesis Cracoviensis testibus fide dignis ad praemissa vocatis. Et ego Joannes Joannis de Breg clericus vratislaviensis dioecesis publicus imperiali authoritate notarius praedicti testamenti conditione, legalisatione, aliisque omnibus et singulis dum sic ut praemittitur agerent et fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, ea quae sic fieri vidi et audivi, manu mea hodie subscripsi et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum. Ex originalis quod erat in contubernio pauperum extractum et transcriptum seculo XVIII.

akademia obiera. Senior powinien być z liczby kollegów kollegium mniejszego *Artistarum professionis Brzezniciana*e. Prowizora obowiązkiem: mieć staranie około bursy, seniorowi w podnoszeniu przychodów i w innych potocznościach być pomocą, a w zachodzących trudnościach wspierać go radą swoją. Do seniora należy: rząd bursy utrzymywać, tamże rezydować, przychody podnosić, podniesione na potrzeby bursy za wiadomością prowizora wydawać, z odebranych i przed rektorem i dziekanami wydziałów rachunki czynić, w dni wyznaczone z mięszkającymi studentami konwokacye składać, onych wizytować, z nimi examen z postępu w naukach odprawiać, wszystkich w bojaźni boskiéj, skromności i pobożnych obyczajach trzymać, sługami zawiadować. Tym końcem rządzi się prawami i statutami, przez uniwersytet przepisanemi, ktore senior przestrzegać a mięszkający zachować powinni, pod przysięgą, przy wstępie do bursy na zachowywanie statutów zwykle składanéj.«

»Ma wewnątrz swoję kaplicę pod tytułem ś. Krzyża kosztem M. Macieja z Miechowa nauk wyzwolonych i medycyny doktora, kanonika krakow. wystawioną. Jest dosyć w sprzęty i ozdoby kościelne zaopatrzoną. W niéj, wyjąwszy świąt wielkanocnych, aby się w każde dni uroczyste i feryalne msze wiecznemi czasy odprawowały, postanowił osobnym przywilejem Jan Konarski, biskup krakowski dnia 14 Marca r. 1515. Jest w niéj i biblioteka, acz nie wielka, do użytku studentów, księgami od samego fundatora i od następnych prowizorów i seniorów opatrzona.«

»Bursę tę ubogich, potem jagiellońską nazwaną, uposażyli:

1) Sam fundator M. Jan Jsneri na różne potrzeby legował grzywien 6 za które z dóbr Trątnowice kollegium większe wypłaca obecnie (1773) złotych 4 groszy 24.

Tenże z przedniéj części zakupionéj kamienicy na mięszkania studentów bogatszych, wyznaczył czynsz 8 grzywien na dwóch ubogich studentów słuchających teologii

i nauk wyzwolonych, rodem z W. X. Lit. w téj bursie mięszkających, które w braku takowych studentów powinny być wypłacane dwom ubogim kapłanom, uczącym się teologii i nauk wyzwolonych z obowiązkiem: czytania cztery razy na tydzień *requiem* i wigilii z trzema lekcyami. Te od dawności dla zaszłéj téj bursy odmiany ustały.«

2) Roku 1440 powiększył tę fundacyą M. Mikołaj Isner, doktor Teologii ś. czyńszem 12 grzywien od summy 200 grzywien, za które prokurator kapituły kollegiaty ś. Floryana z dochodów kościoła płaci teraz złotych 9 groszy 18.

3) Roku 1445 Katarzyna Michałowska, kasztelanowa krakowska przyczyniła fundacyi czyńszem 20 grzywien, od summy 400 grzywien, na sołtystwach w Radzieszowie i Woli, za konsensem Opata i całego konwentu tynieckiego M. Jakóba z Zaborowa zapisanéj. W początkach przez opatów tynieckich wypłacane bywały te 20 grzywien. Następnie gdy exdywizya dóbr klasztornych nastąpiła, płacą tylko złotych 16. I to jeszcze od lat kilkudziesiąt ten czyńsz zatrzymany.

Taż sama Michałowska zapisała była na dobrach Boturzyn grzywien 200 z czyńszem 12 grzywien. Lecz jako tych dóbr, tak i fundacyi żadnego śladu.

4) Roku 1554 Jan Korzbok Witkowski, dziekan gnieźnieński, zapisał złotych 1000 z czyńszem złotych 52 na stół wspólny uczniów, która to suma tkwi na kamienicy Szoberowskiéj w Krakowie; od lat kilkudziesiąt czyńsz zatrzymany.

5) Roku 1602 Anna z Jagiellonów, królowa polska, testamentem swoim dla ubogich studentów legowała czerwonych złotych 3000, każdy po groszy 58 starożytnéj monety rachując, uczyni złotych 5800. Do któréj przydała była akademia takowéj dawnéj monety złotych 100, z resztujących czynszów bursy zebrane, tak, że wynosiła summa 6000 złotych starożytnéj monety. Ta była lokowana na dobrach Kostrzeszyn i Mękarzów; z tych przeniesiona cięży do dziś na dobrach Szczebrzurz i Słupiec,

której w r. 1618 dnia 22 Grudnia takowe przez akademią nastąpiło było rozrządzenie:

Napotém już nie bursą ubogich, ale bursą jagielońską nazywać się powinno. Od każdego tysiąca prokurator akademii na ręce prowizora po złotych 84 groszy 21 pokąd dobra były w posiadaniu akademii, w ogóle złotych 514 groszy 6 składał.

Z tych co tydzień na stół studentów powinien był dawać powizor po złotych 9 . . ogółem 459 zł.
na pensyą prowizorowi 20 »
seniorowi 10 »
rewizorom za rachunki 4 »
na msze, wino i wosk 20 zł. gr. 6.

Potém wypłacał prokurator po złotych 420. A że następnie wzmiankowane dobra od dziedziców były wykupione, a leżące na nich summy na czynsze wyderkaufowe po 7 od sta obrócone; teraz płacą tylko monetą dzisiejszą i to jeszcze przez połowę po 21 złotych; lecz i ten czynsz od lat kilkunastu zatrzymany.

6) Roku 1615. Piotr Tylicki, biskup krakowski, na użytek domu, zwanego bursą, tudzież na wygodę i pomnożenie żywności studentów w niéj mięszkających, oddał summę złotych 2000. Tę akademia na dobrach swoich Pielgrzymowice i Sieborowice zapisała. Od niéj płacił przedtém prokurator akademii po złotych 100, teraz płaci połowę, to jest 50 złotych.

7) Roku 1618. Marcin Szlachciński i Mikołaj Czerwiński zapisali złotych 400 z czyńszem złotych 20. Te są teraz na kamienicy Grockich zapisane; z tego czyńszu bursie dostaje się złotych 5, lecz i te od dawnego czasu niewypłacone.

8) Roku 1620. Szymon Masłowicz, pleban przybyszowski, oddał był dla bursy złotych 128. Te akademia na dobrach swoich Nasiechowice zapisała. Od których prokurator akademii z tych dóbr płaci po 6 złotych.

9) Roku 1621. uczynił był fundacyą do téj bursy niejaki Gołuchowicz, zapisawszy czynsz złotych 14 od złotych

200 na na kamienicy Foltanowskiéj na Stradomiu leżącéj, którego gdy niewypłacano, bursa prawem odebrała na siebie kamienicę, z któréj dawano na rok czyńszu po złotych 100. Teraz z spustoszonéj nic nie bierze.

10) Roku 1634. M. Mikołaj Dobrocieski O. P. D. i professor i Adam Neapolitanus (z Nowego miasta), kollegiaty kieleckiéj podkustosz, powiększyli byli fundacyą na ubogich studentów czyńszem przez połowę złotych 12 od summy kapitalnéj złotych 400 na kamienicy pod Kokoszą nazwanéj w Krakowie, zapisanym. Lecz ten czyńsz od lat kilkadziesiąt zatrzymany.

11) Roku 1636. Jan Foxius archidyakon krakowski nakazał rozrządzeniem swojém do téj bursy coroczne pensye; o czém akta Przes. kapituły krakowskiéj nauczają tegoż roku dnia 29. Lutego. Jednę złotych 200, tę niejednakowo wiceprokuratorya wypłacała. Drugą złotych 31. Trzecią z dóbr Luszowice złotych 90, te od kilkunastu lat zatrzymane.

12) Roku 1640. M. Jakób Witeliusz, ś. teologii doktor i professor zł. 400 z czyńszem złotych 30, przez połowę 15 zł. na ogrodzie swoim na Nowéjwsi przy Krakowie; a zaś Sebestyan Stryjewicz ś. teologii doktor i professor złotych 100 na 10 zagonach w Łobzowie z czyńszem złotych 5 zapisali. Te czyńsze od lat wielu niepłacone.

13) Roku 1642. Jakób Żadzik, biskup krakowski, testamentem swoim summę 1666 talarów z czyńszem 116 talarów *in specie* legował. Summa ta cięży na dobrach Suków i Wola sukowska, która dekretem trybunalskim roku 1721. redukowana jest na złotych 5000. Czyńsz od niéj za lat kilkadziesiąt zatrzymany.

14) Roku 1644. Na kamienicy na Kazimierzu miała bursa na stół zapisane złotych 200 z czyńszem złotych 14. Ten po szwedzkiem spustoszeniu kraju nie jest opłacanym,

15) Roku 1646. Grzegorz Zdziewojski złotych 200 z czyńszem złotych 14, przez połowę złotych 7 na kamienicy Jaroszewskiéj zapisał.

16) Roku 1648. Gaspar Bobola, kanonik krakowski dał na różne fundacye summę złotych 17,000, o czém ordynacya w aktach prześ. kapituły krakowskiéj umieszczona, opiewa. Podług któréj do bursy ubogich na żywność studentów przeznaczył złotych 130. Te wiceprokuratorya wypłacała w połowie po 65 złotych. Lecz i ta pensya od lat kilkunastu zatrzymana.

17) Roku 1663. Kobierski, *parochus zaklusensis* legował testamentem *pro refectionibus ad prandium apponendis* złotych 300 z czyńszem złotych 21, na kamienicy Musiałowiczowskiéj w Krakowie. Czyńsz ten od dawności niedochodzi.

18) Roku 1681. Hyacynt Dąbski, kasztelan biecki nadał téj bursie 1300 złotych, na mieście Limanowa i dobrach Mardowka z czyńszem złotych 91 zapisanych. O zatrzymany czyńsz od dawności sprawa zaczęta w trybunale koronnym, dotąd jest nierozstrzygniętą.

19) Roku 1681. Balcer Cudnikowski, dziekan kollegiaty lubelskiéj zapisał summę złotych 15,000 z czyńszem rocznim po pięć od sta na dobrach Bren, Cików, Smarzów i innych. Od lat lat kilkunastu czyńsz zatrzymany.

21) Roku 1689. Stanisław Postękalski nadał był téj bursie złotych 550 z czyńszem złotych 27 groszy 15, które Andrzéj Żydowski na dobrach Przybenice zapisał. Od lat kilkudziesiąt czyńszu nie płacą.

21) Roku 1701. Sebestyan Maniecki testamentem dysponował summę złotych 2000 z czyńszem po 7 od sta, na powiększenie stołu ubogich studentów. Ta zapisana jest na dobrach Sieraków; od lat kilkunastu czyńsz niedochodzi.

22) Roku 1734. M. Jan Lubini O. P. D. i professor kanonik krakowski, lokował summę złotych 8000 na dobrach Sobolow i Polanka, od któréj trzecią część czyńszu pochodzącego bursie jagielońskiéj wyznaczył. Czyńsz od kilkunastu lat zatrzymany.

Te wszystkie wzwyż wzmiankowane fundacye, poczynione były przez pobożnych fundatorów, częścią na stół wspólny studentów, częścią *pro conservatione sartorum*

tectorum, częścią na pensyą prowizorowi, seniorowi i sługom, częścią na odprawianie w kaplicy w bursie będącéj i gdzieindziéj mszy wyznaczonych i na jałmużnę ubogim studentom. Dzisiaj stołu wspólnego dla uczniów niema z przyczyny niedochodzenia jednych od dawności, drugich i kilkudziesiąt lat czyńszów i dla nieredukowanéj dotąd monety dawnéj na teraźniejszą. Lecz mięszkający professorowie i studenci z grosza własnego żyją, mają jednak ognisko wspólne do gotowania i sług do usłużenia z dochodów bursy.

Ma jeszcze ta bursa jagielońska swoje borkany, któremi senior zawiadować i z nich rachować się przed rektorem i dziekanami powinien, lecz te w swojem miejscu i porządku opisane będą.«

Bursa ta od kilkudziesiąt lat opustoszała, w r. 1838. została sprzedaną, a na jéj miejscu stoi teraz wielka dwupiętrowa kamienica.

2) *Bursa jerozolimska.*

»Zbigniew Oleśnicki, kardynał i biskup krakowski, uczynił był ślub odwiedzenia grobu pańskiego w Jeruzalem; a że owych czasów były wielkie zaburzenia w kraju, przetoż na instancą króla, za dyspensyą papieską, pierwszy swój ślub w inne pobożne zamieniając uczynki, wystawił narożny wspaniały dom z litéj cegły na gołębiéj ulicy, naprzeciw mniejszego kollegium stojący, który podziśdzień bursą Jeruzalem zowią; na budowę tegoż wyłożył grzywien 2000, jako testament jego w roku 1454. uczyniony, opiewa.

Bursa ta złożoną była z 50 rezydencyi, prócz stancyi dla seniora, izby na bibliotekę, do któréj wszystkie księgi swoje darował był fundator, i kuchni dla wszystkich mięszkańców wspólnéj. Chciał, aby w niéj mieściło się 100 studentów, ślachty i plebejuszów, wszelkiego stanu i narodu.

Roku 1454. na utrzymanie tejże bursy pomieniony kardynał fundator legował był 4000 czerwonych złotych czystego złota i dobréj wagi, którą to summę Kazimierz IV.

król polski wziął był na dopłacenie ziemi oświecimskiéj księciu Januszowi i onęż na całem mieście Bochnia z czyńszem rocznym widerkauffowym 100 grzywien assekurował, *de Actum Cracoviae A. D.* 1456. *sabbatho proximo ante conductum Paschae.* Za te sto grzywien pierwiastkowych mieszczanie bocheńscy płacili tylko złotych teraźniejszych 140 i to do roku tylko 1769. Jeszcze około r. 1640. jako wzmiankuje ordynacya Zadzika, te sto grzywien chodziły w złotych naówczas 400.

Roku 1640. we dwa następnie wieki Jakób Żadzik, biskup krakowski widząc bursę tę, w któréj on dawniéj traktując w akademii nauki zamięszkał, dla dawności czasu ostatnią ruiną grożącą, własnym kosztem z gruntu ją wyreperował, mięszkania dla wygody studentów rozprzestrzenił, 50 rezydencyi dawnych na 30 reformował i kaplicę chędogą wystawił. Na uposażenie zaś téj bursy legował Żadzik:

1) Summę 2000 talarów cesarskich z czyńszem rocznim 140 talarów, tudzież drugą summę. . . . Te obydwie summy zapisane są na dobrach Secygniów z przyległościami w Grodzie krakowskim *de actum A. D.* 1637. *feria tertia ipso die s. Aegidii.* Obydwóch tych sum nastąpiła redukcya tylko na złotych teraźniejszych 18,000 z czyńszem po 7 od sta, złotych 1260, lecz i te dziś płacą tylko w połowie w złotych 630.

2) Tenże fundator legował jeszcze inną summę 4000 talarów cesarskich *in specie*, z czyńszem rocznim 280 talarów, która zapisana była pierwiastkowo na dobrach Goleniowy. Ztamtąd już redukowana na złotych 12,000 z czyńszem rocznim 840 złotych, przeniesioną była na dobra Rozsiejów r. 1694. lecz dziś płacą tylko przez połowę złotych 420.

3) Jednakże przy przeniesieniu summy zostało się na Goleniowach złotych 3000, które razem z czyńszem rocznim złotych 150 na tychże dobrach są zapisane *in Castro Crac. Anno D.* 1694 *feria sexta post festum conversionis sancti Pauli.*

4) Tenże fundator legował także téj saméj bursie 1500 talarów cesarskich *in specie*, z czyńszem rocznim 105 takichże talarów. Summa ta lokowana była na dobrach Kołaczkowice roku 1642. Nakoniec redukowana na złotych 4500, przeniesiona jest na dobra Bobrowniki z czyńszem rocznim złotych 225 po pięć od sta, roku 1741.

Chciał tedy Żadzik, ażeby z opatrzonych przez niego dochodów, łącznie z funduszem Oleśnickiego kardynała 50 alumnów, (a z tych powinno być 20 ślachty z którychkolwiek województw, 24 także ślachty, lecz z pierwszeństwem dla pokrewnych fundatora i należących do herbu Korab, 6 innych z stanu miejskiego), którzyby razem z seniorem i kapelanem stół wspólny i mięszkanie mieli pod warunkami i obowiązkami szeroce w ordynacyi Żadzika opisanemi.

Aże wzmiankowana fundacya dzisiaj (1773.) niezmiernie uszczuplona przez redukcyą sum kapitalnych, jako czerwonych złotych węgierskich 2000 a talarów 7500 *in specie* obróconych na złotych 37,500, od których czyńszu rocznego, zrzuciwszy złoto i talary *in specie*, przez połowę tylko płacą, całego czyńszu dochodziéby miało złotych 1425 a i te bywają przez lat kilkanaście zatrzymywane; zaczém i ordynacya Żadzika, acz świątobliwa i publiczności pożyteczna, w całości uskuteczniona być nie może.

Zapatrując się na drobniejące codziennie dochody pierwszych fundatorów, do podsycenia pierwiastkowego uposażenia niektórzy dobrodzieje następnie szczodrobliwą ręką się przyłożyli. I tak:

Roku 1533. Grzegorz z Szamotuł *decretorum doctor* lokował na Sosnowicach i Marcówce summę złotych 500 z czyńszem rocznim 13 grzywien. Lecz połowa téj summy, to jest złotych 250. z czyńszem rocznim $6\frac{1}{2}$ grzywny przeniesioną jest na dobra Buk r. 1754.

Roku 1599. Stanisław Krasiński O. P. D. archidyakon katedry krakowskiéj legował był summę 7000 pierwiastkowo na Miroszowie zapisaną, a potém na dobra Gawłów r. 1730. przeniesioną, i tę fundacyą oddał pod protekcyą

Prześwietnéj Kapituły krakowskiéj. Uczynił zaś tę fundacyą na 12 studentów z powiatów płockiego i ciechanowieckiego. Z téj fundacyi gdyby czynsz całkowicie dochodził, naznaczono płacić do bursy złotych 273 groszy 18, lecz teraz przez połowę płacą złotych 136 groszy 24.

Roku 1617. Z fundacyi Jana Zamojskiego, arcybiskupa lwowskiego, którą Prześwietna Kapituła lwowska zawiaduje, wyznaczona pensya coroczna na rzecz bursy złotych 1505 a na sześciu studentów złotych 208. lecz od dawna nic nie dochodzi.

Roku 1632. Wojciech Borowski s. teologii doktór i professor lokował na kamienicy Piotrowiczowskiéj złotych 2000 z czynszem złotych 140. Ta summa ostatecznie zapisana r. 1714. na dobrach Rząska z podobnymże czynszem, lecz tylko płacą przez połowę złotych 70.

Roku 1647. Krysztof Nosarzewski, kanonik krakowski, zapisał złotych 600 na kamienicy w Krakowie z czynszem rocznim złotych 32. Lecz ta summa wyrokiem konsystorza krakowskiego dla wielkiego spustoszenia kamienicy, zmniejszona na złotych 300 z czynszem rocznim złotych 9.

Roku 1735. Marcin Ośliński s. teologii doktór i professor zapisał na dobrach Donosy summę kapitalną złotych 1000 z czynszem złotych 70. Ta summa roku 1741. przeniesiona na dobra Nizowa, od któréj czynsz przez połowę złotych 35.

Roku 1748. Marcin Waleszyński s. teologii doktór i professor dał złotych 4000, które są zapisane na dobrach Wiatowice i Krakuszowice z czynszem rocznim złotych 200.

To jest cały fundusz bursy Jeruzalem, która rządzi się statutami od fundatora Oleśnickiego kardynała i Żadzika, biskupów krakowskich przepisanemi, ma swego seniora i prowizora, których akademia obiera. Ci nietylko rząd wewnętrzny i karność szkólną utrzymują, ale też z podniesionych i odebranych czynszów corocznie przed rektorem akademii i dziekanami wydziałów na wzór innych burs rachunek z dochodów i wydatków oddawać powinni.«

Bursę jerozolimską tak Pruszcz w *Klejnotach miasta Krakowa* opisuje: »Bursa ta ma swoje sposobne Oratorium, jest na ścianie malowany obraz Panny Najświetszéj; o nim ta pewna wiadomość jest, że do studenta niektóregó nabożnego mawiał. O czém świadectwo zawieszone tamże jest na ścianie w témże oratoryum (około 1650. r.) Dziś mieszkający tu studenci na każdy dzień litanie odprawiają. Między inszemi jest tu znaczna i wiekopomna elemozyna Bartłomieja Nowodworskiego, rycerza i kawalera maltańskiego dla Tucholczyków.« O téj elemozynie dla bursy Jeruzalem przez Nowodworskiego nadanéj, niewspomina nic Putanowicz.

3) *Bursa Długosza, czyli prawników.*

»Jan Długosz, kanonik katedralny krakowski, synów króla Kazimierza Jagielończyka nauczyciel, nominat arcybiskup lwowski, od swego fundatorskiego imienia bursę Długosza, a zaś od celu swego bursę prawników zwaną założył r. 1470. kupiwszy tym końcem kamienicę na grodzkiéj ulicy od Jana Belki z Niedźwiedzia, za summę 600 czerwonych złotych, na mięszkanie ubogich studentów, uczących się prawa duchownego. O czém przywiléj Kazimierza IV. *de data Cracoviae Sabbatho in die s. Galli confessoris A D.* 1473. i napis nad portonem bursy w te słowa: *Joannes Longini Canonici cathedralis Cracoviensis ad honorem Dei et profectum studii cracoviensis, pauperumque canonistarum mem. fel. Anno Domini* 1471.

Tę kamienicę wspomniony król Kazimierz IV. wolnościami i przywilejami nadawszy, nietykalności i wolności kościelnéj poddał.

Bursa ta ma dwóch swoich prowizorów, obydwóch kanoników krakowskich; jednego gdy fundacya Garwaskiego nastąpiła, Prześwietna kapituła krakowska, drugiego akademia od pierwiastkowéj erekcyi, obiera; obieranym zaś zawsze bywa zwyczajnie kanonik krakowski, z kollegium prawnego. Obowiązkiem ich jest przyjmować do bursy alumnów prezentowanych od Prześwietnéj kapituły, przy

oddawaniu rachunków z dochodów i wydatków z fundacyi być przytomnymi, i to wszystko, co ku dobru bursy ściąga się, jednomyślnością, za zezwoleniem jednak Prześwietnéj kapituły, uskuteczniać.

Prócz tego ma jeszcze swego seniora. Ten na rekomendacyą kanonika prowizora przez akademią z grona kollegów mniejszych zwykle obieranym bywa, obrany powinien się Prześwietnéj kapitule prezentować. Do niego należy statuta i prawa bursy, któremi się rządzić powinna, przez akademią opisane, a wielokrotnemi jéj konkluzyami stwierdzone w obrębach swoich utrzymywać, lekcyą *regularum juris* według ordynacyi wydziału prawnego czytać, dysputy z niéj w kollegium prawnem odprawiać; alumnów do bursy przypuszczać, w metrykę wpisywać, niewprzód jednak póki do metryki akademii wpisani nie będą; od nich zwykłą przysięgę na zachowanie posłuszeństwa statutom i uczciwości domu przyjmować, z nimi examen z postępu w naukach co tydzień, jakoteż ćwiczenia z prawa czynić, wykraczających, ile, że przy nim jest pierwsza instancya z konsyliarzami, karać, służącymi od skinienia jego zawisłymi rządzić i we wszystkiem innem według myśli statutów sprawować się.[1])

[1]) W roku 1485. nadano téj bursie następujący statut.

»Anno Domini MCCCCLXXXV die vero Lunae Tertia Mensis Octobris. In rectoratu Egregii Viri Mathiae de Costen decretorum doctoris, et ad sanctam Annam in Cracovien. Ecclesiae Parochialis Rectoris Statuta infrascripta domus Bursae Canonistarum in Platea Sancti Andreae sitae Convocatione generali ad omnes Doctores et Decanos ac Collegiatos omnium facultatum sub poena non contradicendi per ipsum Dominum Doctorem et pro tunc Rectorem, die praefata hora vigesima in Collegio Dominorum Artistarum facta et assignata sunt, auscultata et approbata. Qui quidem Convocatorum Doctores et Magistri isti ex nomine interfuerunt videlicet: Stanislaus Brzeszyna, Mathias Kobylino, Bernardus Nissa, Joannes Piltza Magistri et Sacrae Theologiae Professores; Joannes de Szkawina, Joannes de Wysoka dictae Bursae Senior, Petrus de Kozlow, Andreas de Gorra decretorum Doctores et artium liberalium Magistri; Joannes de Regul. Medicinae Doctor, Stanislaus de Górka Artista-

Uposażenie pierwiastkowe téj bursy było takie:

1) Czynsz widerkauffowy 10 grzywien na jatkach tarnowskich za konsensen króla Jana Albrychta, przez Pawła

---

rum Decanus, Petrus de Zambrzedz, Martinus de Cracovia, Andreas de Łabiszyn Magistri et Collegiati domus Artistarum. Qui omnes ipsa Statuta approbarunt et ex super abundanti Doctores absentes protunc ad revidendum praedicta statuta deputarunt videlicet: Arnolphum de Mierzyniecz Canonicum Cracoviensem, Stanislaum Kobyliński, Clementem de Piotrkow ordinarium Juris Canonici decretorum Doctores. Quibus Statutis per praefatos Viros sic deputatos revisis et correctis beneque intellectis ipsi Domini deputati mandarunt ea firmiter et inviolabiliter observare et manu tenere sub debito obedientiae ipsius domus Rectoris ac suorum Successorum.

Statuta concernentia intrantes domum D. Longini dictam Bursam Dominorum Canonistarum.

Nullus acceptetur in domum neque admittatur ad ponendum Bursam nisi prius in Matrica Universitatis fuerit intitulatus et aliquantulum in artibus sit fundatus.

Aliud.

Item nullus suscipiatur in domum nisi prius pro introitalibus det aureos duos Contubernii Seniori, ad hoc venia Senioris domus obtenta et introitalibus solutis, secus faciens locum in domo non habebit.

Aliud.

Item statuimus quod quilibet volens stare in Contubernio omnia subsequentia statuta sub conscientia promittat servare.

Aliud.

Item statuimus quod nemo admittatur in domum, nisi promittat obedire seniori Bursae praesertim in rebus licitis et honestis. Si quis rebellis apparuerit de domo excludatur, tanquam contumax et suae propriae actor voluntatis.

Aliud.

Nullus etiam suscipiatur nisi promittat Seniori secreta domus tenere apud se et nulli revelare, sub poena Fertonis. Si secundo excesserit, puniatur in octo decem grossis, si tertio excludatur. Juramentum sic recipiendum est. Ego N. juro Domino Provisori et ejus Seniori ac successoribus obedientiam et promitto Statuta servare Bursam Canonistarum concernentia, bonumque Communitatis promovere, secreta Bursae non revelare Personis extraneis. Sic me Deus adiuvet et Sancta dei Evangelia.

z Zalesia, *decretorum* doktora zapisany. O czém przywiléj *de data Cracov. feria sexta festi sancti Francisci confessoris A. D.* 1499.

De tempore et modo solutionis Bursae.

Quilibet in dicta domo morari desiderans singulis Septimanis Bursam ponere sit astrictus. Secundum Consuetudinem, exceptis infirmis, qui tamen seniorem debent accedere et ei causas aegritudinum declarare sub poena dupli. Bursa autem per unum quemque solvi debet Feria Sexta ante occasum solis inclusive. Si quis in diem Sabathi distulerit, puniatur in duobus quadrantibus, et si in dominicam, tribus quadrantibus et sic consequenter per additionem unius quadrantis.

De rationibus et additionibus.

Statuimus ut quilibet Feria sexta prandiis peractis, vel sicut seniori videbitur expediri, dispensator seu Praepositus praecedentis Septimanae ad dandum rationem in presentia senioris et ad minus unius Consiliarii sit astrictus, additiones vero si quae dandae vel non dandae per Seniorem et unum Consiliarium decernentur, quilibet vero easdem solvere tenebitur sub poena unius grossi.

De recedentibus in communi.

Quia multi se recessuros fingunt dispensatori, quod se Bursam non ponere iudicant, nulla adhuc licentia obtenta sui recessus a Seniore, ideo huic errori occurrere volentes: Statuimus, ut si quem recedere contingit Seniorem pro licentia petenda accedat, eidem causam sui recessus assignando et obtenda licentia die tertia recedat, si vero longius manserit, bursam ponere sit astrictus et omnes negligentias . . . . arguendo rem exponat, post cuius recessum senior dispensatorem advocet et eundem obsolutum a positione Bursae iudicet; quod si seniorem non avisavit, Bursam ponat sub poena dupli.

De Tempore commedendi.

Statuimus quod prandium diebus festivis hiemali et aestivali commutationibus post summam missam in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi celebrari debet. Caena vero diebus Dominicis post Ordinariam Baccalaureorum Disputationem, licet aliis diebus festivis post Vesperas fieri poterit. Diebus autem feriatis prandium fiat post Exercitia Matutina, et post Lectionem Decretorum, et hoc si aliquis vel aliqui de Domo Scholas privatas visitaverint. Diebus autem Sabbativis prandium post ordinariam Magistrorum Disputationem fieri debet.

2) Wcielonym był do téj bursy na powiększenie stołu dla uczących się prawa, tamże mięszkających, ołtarz ś. Jana

---

De ordine sedendi ad Tabulam.

Quilibet illum locum teneat ad mensam puta: Magistri secundum ordinem suae promotionis, post hos baccalaurei Sacrorum Canonum secundum ordinem suae promotionis, demum baccalaurei artium si qui fuerunt, secundum eundem ordinem. Studentes vero secundum ingressum domus ad mensas resideant, nisi tunc Seniori videretur pro honestate alicujus personae melius expedire. Ita tamen quod sacerdotes praeferantur caeteris, juxta arbitrium Senioris collocentur immediate post Seniorem, qui semper primum locum obtinet sive sit sacerdos, sive non.

De benedicite et gracia.

Ut homines Intellectuales a bestiis irrationalibus differant, et beneficia a Domino percipere recognoscant, statuimus: ut Senior surgendo honeste *benedicite et gratias* clara voce dicat, vel saltim sacerdos aliquis cum consensu senioris, et tunc quilibet surgat honeste mitram aut capucium deponendo, ita tamen quod Sacerdos vel Senior unum versum vel medium, secundum consuetudinem incipiendo dicat, studentes vero alium versum vel medietatem voce sincera respondeant, hoc fiat ante prandium et ante caenam et post simili.

De recedentibus a mensa.

Statuimus quod Praepositus antiquus observet, ut nullus ante gratias recedere praesumat, nisi notabili superveniente causa, sub poena duorum quadrantum irremissibiliter.

De lectione ad mensam.

Item Statuimus quod Praepositus aut Servitor suus ad mensam legere sit astrictus, sub poena medii grossi toties quoties neglexerit, idem conscribat non venientes ad actum.

De silentia ad mensam.

Quia iustum est de eo ut cogitemus a quo beneficia recepimus et loquamur. Ideo statuimus ut omnes et singuli ad mensam silentium teneant, et lecturam audiant, sine quibusvis clamoribus, detractionibus, vocis et murmurationibus, sub poena unius grossi. Sic tamen ut si alicui, vel aliquibus silentium per seniorem imponeretur et statum non servaverit secundum arbitrium Consiliariorum poterit excludi.

De portantibus ad mensam.

Item quia plures negligentiae committuntur circa portaturam

jałmużnika w katedrze krakowskiéj z czyńszem 10 grzywien z żup wielickich pochodzącym, na prozby M. Mikołaja

cibariorum ad tabulas. Ideo statuimus ut lector praecedentis Septimanae portet scultellam ad . . . .

De portionibus.

Statuimus quod Dispensator aut Praepositus omnes et singulas portiones iuxta morem consuetum ad mensam ponet, sub poena medii grossi et extra Tabullam nulli servare sit astrictus, nisi aliquis vel aliqui in negotiis Communitatis disponendis per seniorem mittetur vel mitterentur, extunc iuxta iussum senioris portiones et pulmentaria servare sit astrictus.

De iniuriis in Tabullam.

Nullus alterius talare recipere aut occupare vel ad cameram deportare audeat, sub poena quadrantis.

Aliud.

Item nullus circa Tabullam rixose contra alium tempore prandii aut coenae insurgere audeat, sub poena sex grossorum. Sed si quae sibi iniuriae inferri videantur: pacifice tolleret quousque coena vel prandium finiatur, post vero seniorem accedat et offensam pulchre et honeste exponat, senior vero paratus sit partibus iustitiam exhibere.

Aliud.

Item nullus alterius portionem circa Tabullam recipere praesumat, duoque simul et semel praetermisso ordine pro portione scutellam intingere non audeant. Si qui vero oppositum facere inventi fuerint, tanquam leves et moribus carentes, de ordine studentum commensalium eiusdem mensae excludantur et circa finalem Tabulam ad eandem mensam collocentur et in duobus quadrantibus nihilominus puniantur, ne praetermissis moribus scienciam acquirere valeantur.

De suspendendis a Tabula.

Quilibet punitus vel poenalis judicialiter declaratus, si suam poenam ad terminum sibi praefixum solvere neglexerit, vel pronunciatus in iudicio irrecuse ponere sit obligatus, sub poena Suspensionis tabulae id est carrentia suae portionis. Si quis vero inhibitioni Senioris vel eius vices gerentis contravenire praesumpserit, puniatur in quatuor grossis, quod si secundo facere repertus fuerit, puniatur in duplo et sic consequenter.

Aliud.

Quilibet Praepositus vel dispensator pro sustentatione expensarum ipsi seniori grossum dabit.

z Koprzywnicy *Decretorum* doktora zapisany. O czém przywiléj *de dat. Cracoviae feria sexta festi s. Francisci Confessoris A. D.* 1499.

Aliud.

Item si quis seniorem verbo scandaloso et contumelioso, vel quovismodo inhonesto offenderit vel contra eum qualitercunque fuerit et de hoc vinctus extiterit, de domo excludatur.

Aliud.

Statuimus quod quicunque ad mandatum senioris vel vices eius gerentis praecipue pendente iudice et ad Tabulam non siluerit, quando ab eodem sibi silencium impositum fuerit, extunc mox in sex grossis puniatur, qui dum secundo vel tertio monitus non tacuerit, quarto cum silentio de domo excludatur.

Aliud.

Si quis verbis pungitivis aut infamatoriis, aut derisoriis alterum laeserit, et de hoc sufficienter convinctus fuerit, parti laesae verbis deprecationes faciat, emendam condignam iuxta arbitrium senioris et suorum consiliariorum et pro poena Communitati solvet 34 grossos.

Aliud.

Si quis item alteri comminatus fuerit, aut arma contra aliquem portaverit et de hoc convictus fuerit, pro poena solvet sex grossos, si enim monitus cessare noluerit, in duplo puniatur; si etiam tercio, de domo eiiciatur. Si quis manus iniecerit violentas vel gladium evaginando percutere alium voluerit, de domo irremissibiliter excludatur. Si vero offensa enormis fuerit, ad dominum Rectorem Universitatis remittatur.

Aliud.

Si quis item alterum maxillaverit et si illud factum fuerit circa Tabulam, reus simili de domo excludatur. Si autem in aliquo loco occulto hoc factum fuerit, reus pro poena Communitati dabit fertonem et parti laesae satisfaciat verbis deprecatoriis, praesentibus illis, coram quibus facta est confusio, hoc tamen sit iuxta arbitrium senioris et consiliariorum; sed si quis alterum laeserit, sic quod vulnus notabile aut effusio sanguinis apparuerit et parti laesae satisfaciat iuxta arbitrium senioris et consiliariorum, pro poena solvat mediam marcam.

Statuta concernentia bonum utile omnium.

(Cały ten paragraf jest zatartym w rękopiśmie, który mam przed sobą, tyle przecież z niego wyczytać można, że traktuje o sprzę-

3) Czyńsz grzywien czterech od 100 grzywien na miasteczku Brzesko z przynależytościami do konwentu hebdo-

tach domowych i naznacza kary na uszkadzających takowe, za pierwszą razą cztery grosze, za drugą 8, a za trzecią 11. Toż samo rozumie się o bazgrających po ścianach.)

Aliud.

Item statuimus, quod nullus urinam fundere seu emittere de die, sive de nocte ad lapidem lanatorum in stuba praesumat. Si quis oppositum faciet puniatur in fertone, et si secundo fecerit, de domo excludatur, tanquam boni communis destructor. Idem volumus intelligi de qualicunque immundicia.

Aliud.

Item nullus audeat in sua camera lumen, aut candelam ad parietem affigere, per quod facillime posset sequi exustio, vel ad minimum denigratio, sub poena sex grossorum, et si de hoc cessare noluerit, solvat duplum post admonitionem.

Aliud.

Item nullus ex studentibus inmorari desiderans in camera sua, vel aliena ignem de carbonibus aut lignis facere audeat, sub poena exclusionis, exceptis illis, qui caminos in suis cameris habuerint, quibus habere licet pro loco et tempore opportunis, cum moderamine tamen fiat ignis.

De Aqua.

Nullus de camera sua vel aliena aquam, urinam vel quenquam alium liquorem de fenestra fundere praesumat per quam alicui, vel aliquibus praetereuntibus damnum, aut nauseam generare videtur, sub poena fertonis. Etiam nullus scopes, mundicias publice de fenestra proicere audeat. Quod si quis fecerit, puniatur in 4 grossis. Si secundo, in duplo, et sic consequenter. Si vero quis ex ministris fecerit, per seniorem affligatur.

De fornace.

Et honestas circa tabulam sed maxime in fornace servetur, scilicet, ut si antiquior magister ad fornacem venire curaverit, extunc junior magister sibi cedere sit astrictus, et junior baccalaureus antiquiori, et junior Studens seniori, ita tamen, quod quilibet honeretur secundum dignitatem. (Reszta tego i następnego paragrafu zupełnie zatarta.)

Aliud.

Item nullus audeat in domo lapidem jacere, per quem facilime

wskiego należącem, za konsensem króla Zygmunta przez opata, przeora i cały konwent hebdowski r. 1519. zapisanego.

possit sequi ruptura liquestrarum, sub poena duorum grossorum. Et si peramplius fecerit, puniatur in duplo, et sic consequenter.

Statuta concernentia bonum honestum.

Statuimus, dum et quum est mandatum Domini rectoris omnibus domum praefatum inhabitantibus, simul post campanae pulsum cum seniore eorum . . . sint astricti, ipsum seniorem honeste ad locum mandatum associantes, ita tamen quod senior praecedat, et quilibet secundum statum suum illum sequatur, sub poena unius fertonis irremisibiliter recipiendi.

Aliud.

Item nullus inducere in domum praesumat personas extraneas, quae insolentias et disturbia in studio generare possint, aut scandalum et impedimentum studentibus, sub poena octo grossorum. Quem si inductor solvere neglexerit, dum et quum per seniorem domus monitus fuerit in crastino solvat duplum, sequenti die triplum et sic sequenter.

Aliud.

Item nullus mulieres inhonestas in domum introducat, sub poena exclusionis.

Aliud.

Item statuimus et in quantum possumus ordinamus, ut nullus in domo loca suspecta, videlicet domus lenorum, vel domus in quibus suspectae mulieres morantur, visitare praesumat. Et si quis repertus et per aliquem convictus, vel solum coram aliquo se jactando confessus fuerit, extunc irremisibiliter de domo excludatur, nulla eidem impertita misericordia.

De tabernis.

Nullus visitare tabernas vel celaria in quibus vinum vel cerevisia . . . praesumat. Quod si quis repertus fuerit, solvat pro primo sex grossos. Si autem secundo hoc ipsum fecerit, excludatur.

De ludorum abstinentia.

Item statuimus, quod nulli ludi in domo exerceantur. (Reszta paragrafu tak jest zatarta, że z urywkowo zachowanych wyrazów tylko tyle domyślić się można, iż grający w kostki za trzeciem napomnieniem oddalani byli z bursy.)

4) Czynsz złotych 56 od summy kapitalnéj 1400 złotych dawnéj monety na kamienicy krokierowskiéj w Krako-

---

De armis.

Nemo audeat arma ad laedendum apta, sicut gladios, cultellos, vel quibus aliquo modo laedi posset in camera sua vel aliena sine licentia (?) . . . apud seniorem, quodsi ea servare praesumat. . . (Reszta paragrafu zatarta. Domyślać się atoli można z wyrazów tu i owdzie jeszcze czytelnych, że ukrywający w izbie swojéj broń, karany był po trzykroć pieniędźmi, a za czwartą razą oddalanym z bursy.)

De non faciendis singularitatibus.

Si quis singularitates, scismata seu divisiones, conventicula, conspirationes . . . . . que impedientia vel impedient. fecerit et pro eis a seniore admonitus non destiterit, pro primo solvat sex grossos, et si amplius fecerit, puniatur in fertone. Si tertio, de domo excludatur.

De libris domus.

Statuimus, quod libri bursales quicunque sunt, in futurum erunt, sub clave senioris in testitudine serventur. Ipsis tamen inhabitantibus in jure canonico studentibus volentibus de commutatione in contumationem praestentur, seu communicentur et tempore vacantiarum post commutationem generalem Seniori domus . . . . . Volumus tamen, ut quilibet librum aliquem recipiens se manu propria ad regestrum senioris inscribat recognitionem faciendo, quis liber dicat (?). Et si qui inventi fuerint libros non servare cum honestate tanquam . . . ab eis recipiantur et aliis plus studiosis et diligentibus conferantur.

De clausione domus.

Nullus audeat domum tempore destinato serare aut claudere prohibere. Ita quod commutatione aestimali domus immediate post primam claudatur, hiemali vero commutatione post tertiam, licet in fine commutationis vernalis nocte decrescente et die crescente, et e contra secundum exigentiam temporis potest esse promcior vel tardior clausio. Quod si quis huic statuto . . . . . praesumpserit, per se domum claudendo vel claudere prohibendo prima vice a seniore domus moneatur. Si secundo id fecerit, in fertone puniatur. Si tertio, in duplo; si quarto, excludatur.

Trzy następne paragrafy, zatarte nie do wyczytania, tyczą się zachowania milczenia w bursie i jakichś sądów. Poczém następuje:

wie 1570. r. *feria 4ta in vigilia Corporis Christi Domini* zapisanéj, który tak podzielony jest: od 1000 złotych na

De tempore et modo electionis consiliariorum.

Statuimus, ut ea die, qua in universitate electio domini rectoris celebratur, consiliarii domus passim ex nationibus eligantur, protunc in domo existentibus, qui cum seniore causas in domo emergentes discutiendi habebunt potestatem, sic ut si quis a sententia injuste ad rectorem appellaverit, in uno fertone puniatur, quam poenam tollet senior pro suo interesse.

De honestate judicum et primo consiliariorum ad seniorem et ad se invicem.

Statuimus, ut consiliarii qui qualiter, ut praedictum est, electi fuerint se honeste habeant ad seniorem, unquam alterius votum non interrupendo, nec impediendo. Sed unusquisque de voto per seniorem requisitus votum suum libere pronuntiet, prout sibi pro ordine ac honestate domus videbitur. Si quis oppositum fecerit, alicujus votum infringendo, vel unus contra alium opprobriose insurgendo, eidem vel eisdem silentium imponatur per seniorem. Si vero non curaverit, puniatur in sex grossis.

De honestate omnium in judicio.

Statuimus, ut honestas ab omnibus et silentium in judicio teneatur, nullus vero audeat seniorem et consiliarios in judicio sedentes verbis subsanatoriis, aut etiam clamoribus infestare. Quod si quis oppositum attemptare praesumpserit, primo pro poena solvat quatuor grossos. Si secundo hoc ipsum fecerit, puniatur in fertone; si tercio, de domo excludatur.

Ut servitores non percutiantur.

Nullus praesumat in aliquem servitorem alterius studentis manus violentas injicere; quod si aliquis hoc nephas fecerit, solvat communitati octo grossos. Sed si aliquis hoc ipsum servitori senioris facere praesumpserat, puniatur in fertone, quia qui servitori aliquid facit, domimo facit, et si a talibus non desisterit in duplo puniatur, et sic consequenter.

Speciale de servitoribus communitatis.

Cały paragraf tak jest w rękopiśmie zatartym, że go niepodobno było wyczytać.

De honestate servitorum.

Statuimus, ut unicuique, nec non studentibus in domo morantibus omnimodam humilitatem, honestatem et reverentiam exhibeat

stół wspólny studentów, mieszkających w bursie prawników, a zaś od 400 złotych na użytek stołu wspólnego kollegium mniejszego obrócony.

---

unicuique secundum statum suum, ita videlicet ut si quem ad fornacem ex studentibus vel ad tabulam venire contingat, statim cum honestate et sine omni mora cedere sit astrictus et inter studentes se immiscere non praesumat, sed in parte, ut servitorem decet, sedeat. Quod si quis oppositum fecerit et seniori putatus(?) fuerit, talem tanquam inhonestum et immorceratum (?) senior virgis corripiat. Idem volumus intelligi, ut tempore prandii aut coenae in stuba stare, aut ambulare non praesumat, sed unusquisque servitorum pacifice in loco suo sine murmure sedeat, nec strepitum aliquem faciat, ne lectioni ad mensam impediat. Item tempore actus in domo fieri consueti inter studentes juristarum sedere in scamno ullus audeat, sed unusquisque in inferiori circumstancia fornacis honeste, ordinate, pacifice ac quiete sedeat, et si qui excesserit expellatur. Et si non desisterit, virgis per seniorem corripiatur.

De honestate actus.

Semper actus in domo fieri consueti feria quarta et feria sexta quivis honeste et pacifice in locis suis sedeant, murmurare aut susurrare risus aut cachinnos facere non audeant, sive aliquem arguentem vel respondentem irridere, vel subsanare. Et si quis de hoc per seniorem admonitus non desisterit, puniatur in quadrante; sesundo in mediete, tertio in grosso. Sic tamen si pertinax vel rebellis apparuerit, poterit majori poena juxta arbitrium senioris. Sed unusquisque diligenter argumenta arguencium percupiat et ad formam eorundem intendat, cui omnes intersint, sub poena gros. usque ad finem.

De multiplicatione servitorum.

Senior omnimodam potestatem habeat et auctoritatem multiplicationis servitorum perhibere, taliter quod quaelibet camera in uno tamen servitore debet esse contenta. Omnis quidem servitor omnibus in eadem camera morantibus servire sit astrictus. Ipsi vero domini de suis portionibus ipsi servitori elargui tenebuntur; alias si secus fecerint, servitori licebit se a serviciis eorum excusari.

De praesentatione servitorum.

Cały ten paragraf tak jest zatartym, że go przeczytać żadną miarą nie można, podobnież i następny.

De introitu coquinae.

Statuimus, quod nullus ex servitoribus sine causa legitima

5) Czynsz złotych 20 *per mediam sexagenam* od summy kapitalnéj 400 złotych podobnie *per mediam sexage-*

coquinam intrare praesumat sub poena correctionis. Si quis vero servitor correctionem pati nollet, in instanti per seniorem domus de domo ejiciatur. Item volumus, ut praepositus aut dispensator percipiat coquo vel cocae, ut . . . exuens servitor intromittans sub poena carentias portionis ipsius coci vel cocae, et si in hoc ipso praepositus et dispensator inadvertentes fuerint, in medio grosso puniantur tociens quociens hoc visum fuerit et probatum per seniorem domus.

Statutum honestatis.

Nullus rixosus neque rebellis, discolus aut vagabundus, aut deferens vestem indecentem, sicut pallia aperta, pilleos laicales, calceos rostratos, vel rubeos statum clericalem dehonestantes, ac omnia et singula per que scandalum posset suboriri. Quod si quis susceptus postmodum huic statuto temere contravenire praesumpserit, primo per seniorem domus moneatur. Si vero post monitionem factam non desisterit, de domo excludatur, tanquam honestati domus contrarius.

De solutione et exactione cameralium.

Statuimus, quod quilibet domum ipsam inhabitans, post solulutionem introitalium, sit astrictus ad solvendum unum fertonem pro quolibet commutatione . . . . cameralium. Et ipse senior praedictas pecunias ab ipsis inhabitatoribus in fine cujuslibet commutationis exigat, ipsique procuratori universitatis protunc existenti realiter et cum effectu tradat, ex quibus pecuniis ipsa domus reformetur et provideatur, secundum arbitrium et mandatum domini rectoris.

Statutum ad faciendum querelas.

Statuimus, habereque volumus ut semel, aut bis in septimana ipse senior cum consiliariis, vel saltem uno vocato ad se consiliario post clausionem domus in cameris querelas faciat, et si quem, vel aliquos non invenerit in domo dormientes, pro primo tales . . . . sint astricti ad poenam quatuar grossorum. Si secundo solvat octo grossos. Si tertio solvat fertonem. Si quarto non fuerit inventus, omni semota indulgentia de domo excludatur. Nisi si quis habuerit licentiam a seniore hoc de illis intelligi volumus. Et qui quidem licentiam habebit salvus a poena erit. Que per seniorem exigatur et ad usum suum pro suo placito convertatur. (Reszta paragrafu tak zatarta, że go odczytać nie można.)

Inter cetera volumus, quod omnes et singulae poenae in ipsis statutis contentae et positae per ipsum seniorem cum consiliariis

nam dawnéj monety, na kamienicy Ożegowskiéj A. D. 1577. *feria quinta ante feria Pentecostes* zapisanéj.

exigantur et ad carbanam domus per . . . refector. omnium inhabitantium reponantur, et juxta arbitrium senioris et consiliariorum praedictae pecuniae qutant?) et ad praedictam carbanam clavem unam senior habeat, et aliam consiliarii domus saepe fatae. Amen.

W roku 1492. postanowiła akademia względem téj bursy, co następuje:

De audiendis lectionibus in jure canonico.

Anno Domino millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, die Jovis prima mensis Martii in plena convocatione Doctorum et Magistrorum duntaxat salariatorum, per Venerandum patrem Magistrum Mathiam de Kobylino Sacrae theologiae professorem, lectoremque ordinarium ejusdem ac rectorem universitatis protunc existentem facta. Uno omnium ore conclusum est et statutum, quod omnes et singuli studentes in bursa canonistarum alias Longini nuncupata commorantes, ne et tempus et pecuniam inutiliter consummant, utque ipsis in scientia et moribus proficiendi via oportuna non desit, lectiones pro decretorum doctoribus in facultate canonica legi consuetas qualibet die legibili audire diligenter debeant et sint astricti, prout hoc in privilegio fundationis praefatae bursae canonistarum clare expressum est. Istaque fuit motiva ratio, et finalis ipsius fundatoris. Quod si quis justo impedimento cessante, de quo senior praefatae bursae cognoscere debet, minime facere curaverit, extunc prout exnunc monitione praemissa poenam exclusionis de domo studiosorum, tanquam arbor infructifera sese noverit incursurum ipso facto. Acta sunt haec tempore quo supra. In collegio majori artistarum. Datum rectoratus sub figillo.

Sequitur de electione provisoris Bursae Longini.

Anno domino Millessimo quadrigentessimo nonagessimo quarto die Jovis decima Aprilis. In rectoratu Venerabilis viri Joannis Sacrani de Oszwyaczym etc.

Prima conclusio.

Item in eadem convocatione conclusum est nullo renitente, ut senior bursae Longini semper legat lectiones ad quas obligatus est. In absentia sui, dummodo ex causa legitima eum abesse, vel legere non posse contingat, per alterum paris conditionis aliquem. Ita, quod si doctor fuerit, non legat nisi per doctorem, alias ei pro lectione non computabitur et puniendus veniet secundum dispositionem statutorum universitatis. Si vero in defectu doctorum juxta

Prócz grzywien czterech na miasteczku Brzesko zapisanych, o których redukcyą zaczęto prawo w konsysto-

privilegiis dispositionem Baccalarium fore contigerit, ... per alterum baccalarium in defectu doctoris implere poterit modo praedicto. Quae quidem conclusio in Crastino Egidii, speciali ad hoc facta convocatione, in collegio Juristarum sub debita obedientia jurare et poena non Contradicendi concorditer est approbata.

Secunda conclusio.

Anno Domini 1499. die Saturni XIII. Mensis Decembris in rectoratu Venerabilis Viri ac egregii Magistri Valentini de Ilkusz sacrorum Canonum doctoris Canonici et cancellarii universitatis studii Cracoviensis facta convocatione doctorum salariatorum omnium, dumtaxat sub hac forma. Venerabilis dominus doctor et magister reverende, sitis hodie hora vigesima prima in stuba communi collegii dominorum canonistarum ad audiendum quaedam ardua, per rectorem proponi super litibus motis Universitati per honorabilem dominum Nicolaum, executorem testamenti Reverendi olim patris Domini Jacobi de Schadek, et deinde quaerelam illius super injuriis ut praetendit sibi per universitatem factis, et specialiter contra dominum doctorem Petrum de Ilkusz seniorem bursae Longini Canonistarum, ac super his tractandis, consulendis et finaliter concludendis, sub poena obedientiae et praestiti juramenti detur omnibus doctoribus, magistris duntaxat saliariatis ex parte Rectoris. Qua quidem convocatione lecta et inducta querela et responsis hinc inde auditis unanimiter per omnes doctores et magistros conclusum est, ut doctor Petrus, praefatae bursae senior et sui successores, protunc in eadem bursa existentes, exnunc et per amplius continuere lectiones in collegio, similiter actus qualibet septimana, bis in bursa praedicta et tertiam ad altare ejusdem bursae incorporatum in ecclesia cathedrali Cracoviensi, lectionem tenebit habebitque continuam, aut ipse inservire, missasque leget, prout haec omnia latius in privilegio erectionis ejusdem bursae et praedicti altaris continetur, sub poena excommunicationis. Alias si temerarie ipse senior dictus ac sui successores praedictis contravenerint, poena privationis et destitutionis Bursae et altaris praedictorum subjacebunt.

Tertia conclusio.

Anno Christi 1501. XIX. Novembris in rectoratu Venerabilis et egregii viri Mathiae de Miechow, artium et medicinae doctoris. In bursa canonistarum Venerabilis ac egregius Petrus de Ilkusch magister artium et doctor juris canonici, senior praefatae bursae canonistarum in Cracovia adjudicatus est laboribus, lectionibus in Collegio et actibus in

rzu krakowskim roku 1750. dotąd nieskończone, inne wszystkie wyżéj wspomnione czyńsze całkowicie upadły i za-

ipsa bursa disputandis, secundum privilegium erectionis collegiaturae pro seniore, et conclusionem per universitatem factam, in actis et conclusionibus universitatis descriptam, sub rectoratu eximii ac Venerabilis Domini Valentini de Ilkusch, sub poenis ibidem contentis et expressis privationis et destitutionis collegiaturae, senioratus bursae canonistarum et altaris supra hoc dotati per Nicolaum de Coprzywnicza, plebanum in Xianschintet. Item adjudicatum est, ut carbana tenetur per seniorem Bursae, consiliariis tenentibus et servantibus claves carbanae. Quodque senior in carbanam ponat poenas a studentibus transgredientibus et ceteris inhabitatoribus extractas in praesentia consiliariorum post sufficientem pecuniae computationem, et quod amplius private non imponetur quidquam in praefatam carbanam. Item mores inhabitantium corrigantur per seniorem Bursae, non admitendo eisdem qualescunque insolentias et adinventiones contra bonos mores, ut non ingrediantur tabernas et studiosos ne impedirent, strepitum et clamorem ne facerent, de nocte ut non exirent, post tertiam noctis statim juxta consuetudinem aliarum bursarum domum claudendo, in Jeme, in aestate citius. Si quis tamen inhabitantium veniret post clausionem, intromitatur per seniorem usque ad unum quartale horae, et non ultra. Claves a domo et ejus hostio nemo habeat praeter seniorem. Mulieres non introducantur, nec ingredi permittantur ibidem, quoniam per hunc modum boni mores depravantur et honestas domus polluitur ac in ignonimiam detruditur. Amplius etiam senior non teneat in suis habitationibus aliquos inhabitantes censum et solutionem pro seipso extrahendo et usurpando. Quod in cameris moretur quilibet inhabitator ad hoc deputatus, in una duo, ad minimumque unus perseverans, ubi, si necessitas urgeret, senior cedere debet de habitatione ex opposito junioris, stuba senioris locata propter bonum universitatis augendum quemadmodum cedere debet, quia camera illa duntaxat in favorem personae venerabilis eximiique domini Joannis de Wladislawy tunc senioris praefatae Bursae canonistarum concessa fuit tempore Rectoratus Venerabilis ac egregii domini Joannis de Stanischevitzt facta convocatione 1493. Nam sufficiunt pro seniore testudo, stuba major super testudinem et camera dicta tenebrosa et celarium minus testudinatum. Item duo consiliarii pro tempore electi recipiant et realiter tollant camerales ab inhabitantibus, sub testimonio integre procuratori universitatis reddendo et totaliter tradendo. Item senior Bursae tempestive puta in aestate ligna pro Bursa comparet et quanto expedicius et levius poterit emat, tempora frigida et cariora non expectando. Item rogatus et monitus est dominus doctor Petrus de

ginęły, częścią dla niedostarczających funduszów w odzyskaniu onychże, częścią dla znacznéj odmiany monety

Ilkusch, senior Bursae, per Laurentium Joannem de Ostrzeschow Notarium publicum, ut lectiones et actus continuaret secundum formam privilegii et conclusionis universitatis praedictae. In hac re confecta ut praemissum est sub poena expressa privationis altaris, collegiaturae et senioratus. Insuper commissum est duobus consiliariis tenere claves carbanae et tollere appellationes. Actaque sunt haec in stuba majori Bursae Canonistarum, praesentibus ibidem Venerabilibus et egregiis doctoribus et magistris, domino Joanne de Skawina, Andrea de Czorra, Joanne de Kosten, Joanne Amicino, doctoribus in decretis, Thoma de Obidzino procuratore universitatis, Leonardo Vitreatoris, collegiato majore artistarum, Domino Nicolao de Pokrzywnicza Magistro, Jacobo de Kosten et ceteris in praesentia Notarii publici superius descripti.-

Statutum in rectoratu Magnifici viri Domini Adami de Bothyn,
artium et medicinae doctoris, Rectoris almae universitatis studii cracoviensis ac phisici regiae Majestatis Sigismundi dei gratia, regis Poloniae.

Nova quidam et contra leges consuetas inobedientia quorumdam juris pontificii doctorum bursam canonistarum inhabitantium exorta erat, qui jurisdictioni senioris coeperunt esse rebelles, nec statuta omnibus et singulis in illa domo morantibus communia stutinere voluerunt se avellendo, nescimus qua ratione permoti: quod ad nostras pervenit aures, Nobis et senioribus, doctoribusque cum decanis omnium facultatum in collegio dominorum canonistarum in corona consilii sedentibus (supputa mentendo) sive rationi intendendo, a procuratore studii nostri factis, senioribus Mathiae de Schydłow sacrae theologiae professore et canonico cracoviensi, Joanne de Costan jurispontifici doctore per dominum doctorem Gorra substituto, Joanne de Lesnicza sacrae theologiae decano, Joanne de Skavina sacri juris doctore, decano facultatis ejusdem, Nicolao de Coprzywnica, decretorum doctore et ordinario tunc universitatis procuratore: Martino de Zarnowecz, decano facultatis artium, Anno a natali Christiana 1511. undecima Aprilis. Quo animadverso nos huic malo occurentes tunc praedictis doctoribus, senioribus et decanis visum est, et mature conclusum uno omnium consensu, bene primum negotium metiendo, decrevimus igitur et statuimus et de facto decernimus firmum habere volentes, ut peramplius quisque et cujuscunque status fuerit dictam bursam incollens, sive sit doctor cujusque facultatis, sive magister vel baccalaureus studens, praelatus sive sacerdos qualiscunque sortis; sint omnes statutis dictae bursae et senioris obedientiae et

w królestwie, częścią dla niepodobieństwa dźwigania onych z perzyny, w której wszystkie pomniki i dowody ich się

domus clausurae subditi. Et si quempiam ex istis post horam solitam clausurae, juxta statuta venire ad domum acciderit, extunc senior eum intromittere jubeat et poenam solitam totiens quotiens evenerit, ab eo quatuordecim grossorum exigat. Nemo insuper privatam audeat habere clavem, nisi senior ejusdem Bursae; doctores tum volumus ab actibus, qui in bursa soleri sint fieri, esse duntaxat absolutos. Datum ex aedibus nostris XXVI. Aprilis, anno ut supra.»

Statutum noviter confectum, in rectoratu Venerabilis Domini Stanislai Byel. etc.

Anno Christi 1522. octava Mensis Martii in rectoratu Venerabilis et egregii viri Domini Stanislai Byel de Novacivitate sacrae Theologiae professoris et canonici Ecclesiae cathedralis Cracoviensis, in collegio canonistarum facta canvocatione dominorum doctorum, seniorum, patrum decanorum et consiliariorum per dominos videlicet Bernhardi de Cracovia, decani Sancti Floriani in Florentia, Nicolai Mikosch custodis ejusdem ecclessiae, Martini de Ilkusch Canonistarum sacrae theologiae ejusdem facultatis, Nicolai de Coprzywnicza, Jacobi Erczyschow, canonicorum cracoviensium, Joannis de Nyeszkowa, praepositi sandecensis, Martini Bełza, Erasmi de Cracovia et Gregorii de Shamothuly lectoris ordinarii, de quorum praemissorum ex unanimi consensu et nomine totius universitatis conclusum est, ut doctor Stanislaus Bargiel senior Bursae juristarum et sui successores protunc in eadem bursa existentes ex nunc et peramplius actum unum in septimana feriis sextis, aut si festum in feriam sextam veniret, feriis quartis semel in septimana celebret, secundum ordinem camerarum studentium omnium, morantium in eadem bursa, nulla excusatione habita, cujuscunque status fuerint, sive sint doctores alibi promoti suo ordine respondeant, sub poena duorum grossorum ad carbanam irremisibiliter reponendorum, exceptis hic promotis atque incorporatis et baccalariis facultatis canonicae, quos volumus habere absolutos juxta contenta privilegiorum nostrorum.

Insuper intendendo statutis domus praefatae Bursae Longini constitutum est, ne ipse senior suscipiat in domum, nisi prius portata recognitione de subtitulatione facta a Domino rectore, ad quod eundem seniorem astringimus. Actum et datum ut supra.

Anno Domini 1536. die Jovis 16 Martii in rectoratu Venerabilis ac egregii Domini Magistri Martini de Ilkusch Sacrae Theologiae professoris praepositi Ecclesiae Sancti Nicolai, facta convoca-

tyczące, ogniem sąsiedzkim w roku 1719. pożarte, zagrzebione zostały.

---

tione in Bursa Canonistarum pro quibusdam defectibus ejusdem Bursae tam in aedificiis quam inhabitantibus revidendis, emendandisque ac reformandis Venerabilium ac egregiorum Dominorum Doctorum ac Magistrorum, videlicet Jacobi de Kleparz; Gregorii de Stawiszyn cuctodis Ecclesiae sancti Floriani, sacrae Theologiae professorum; Nicolai de Koprzywnicza, canonici cracoviensis, Martini Belsze de Cracovia; Joannis de Sanok, procuratoris universitatis, Mathiae Łączki, archidiaconi pomesaniensis, et Philippi de Cracovia doctorum in decretis. De quorum unanimi voto de consensu per Dominum Rectorem memoratum, conclusum est, quod statutum praecedens (r. 1532.) de censu per mediam marcam pro commutatione, seu pro medio anno de quinque cameris pocioribus solvendo, intelligi videlicet et teneri, quando duo eas inhabitant, ut sonat in fine, statutum illud quod fuit, per eundem dominum rectorem ante annos fere tredecem editum: Si vero unus duntaxat fuerit in illis cameris inhabitans, extunc unam integram Marcam pro medio anno aequaliter illarum habitationum solvat, nisi per doctorem universitatis nostrae personaliter in eodem universitate residentem, vel aliqua earum inhabitetur, tunc enim per mediam duntaxat marcam, etiam si unus solus doctor in aliqua illarum manserit, censum pro medio anno solvet. Dignum enim fore censuerunt, ut doctores in universitate continue residentes et illam representantes, oneraque in mandatis Rectoris et convocationibus, aliisque officiis ferentes, majore gauderent praerogativa ultra caeteros conditione inferiores, quibus etiam, praecipue emeritis universitas ipsa de gratia concedebat liberas quandam in domibus universitatis et bursis mansiones. Si vero tales doctores ab universitate absentes fuerint, et duntaxat habitationes seu habitationem in Bursa tenuerint, extunc pro solito more uti alii marcam pro quolibet medio anno census solvere tenebuntur, vel aliquis eorum solvere tenebitur. De distribuendis habitationibus caeterum ibique per memoratum dominum rectorem conclusum est statutum: ut in distribuendis habitationibus ipse senior Bursae habeat rationem et respectum ad studiosos meritos diucius in Bursa manentes ac lectiones doctorum diligenter audientes, tales enim voluerunt praefati domini, uti aequum et justum est, potioribus provideri habitationibus, quam illos qui, duntaxat uti inquilini manent in Bursa, lectiones doctorum autem non visitantes, vel raro visitantes, tales enim secundum statuta Bursae servare, vel manere non debent, nisi defectu studentium . . . . . tales in bursa

Ołtarz ś. Jana *ante portam latinam*, uposażenie dawne seniora. Wspomniony król Kazimierz IV. wziąwszy od

tollerare permitteret, qui nihilominus subesse debent statutis et consuetudinibus Bursae.«

Praeterea census ex cameralibus integer, juxta statuta universitatis et bursae istius dudum de hoc edita, realiter et cum effectu in fine cujuslibet commutationis sine dilitatione procuratori universitatis per seniorem de inhabitantibus exactus tradatur et detur, qui principaliter expendi debet ad reformationem necessariam Bursae illius, prout multis nunc eget et in tecto et in muris et in pavimentis, et sic de aliis, quae merito reformari debent et tempestive (ne periculum immineat) per universitatem ipsam et procuratorem ejus provideri et refici.

Conclusum est insuper ibidem et statutum, ut senior Bursae necessaria minora in Bursa provideat, puta per servitores Bursae mandet canalia a pulveribus et aliis immundiciis purgari, ne per defluxum aquae et exuberantiam, aquae defluant ex canalibus ad pavimenta et habitationes. Ita consimiliter et in curia domus provideat, ne aquae decurrant, seu defluant ad cellaria et destruant muros.

Caeterum conclusum et statutum est, ut coquina communis non approprietur sibi per seniorem, sed volentibus in ea excoquere esculenta aliqua, pateat, liberaque sit uti fuit semper, ita tamen, quod talis excoquere volens pro sua necessitate habeat propria ligna et non de communitatis lignis id faciat.«

Statut z r. 1523 między innemi opiewa: »Rector mandavit, ut duo et duo in una camera manerent. Ubi duo habitant uno servitore sint contenti prout etiam in Bursa Jerusalem.«

Sub rectoratu Reverend. Sacrae Theologiae doctoris Martini Glicii Pilznensis Ecclesiarum Cathedralium Cracoviensis, Wratislaviensis Canonici, in consessu et assensu Excellentium Jurisprudentiae doctorum, Sigismundi a Stezicza Canonici Cracoviensis, Jacobi Grumfeltii Luboszycensis Plebani, Jacobi Gorsci Ecclesiarum Sanctae Mariae Magdalenae Crac. Praebendarii, Metropolitaneae Gnesnensis Archidiaconi et cathedral. Plocen Canonici, Jacobi Mollitoris ordinarii lectoris, Petri Scothnicii et Stanislai Radossicii Licentiati Novorum jurium Professorum, acta et conclusa quae sequentur: Anno Domini 1579. die VII. Decembris in Vigilia conceptionis gloriosissimae Virginis Mariae.

Magnificus Dominus Rector universitatis ex relatione frequenti plerorumque fide dignorum consideratis et cognitis multis defectibus Bursae vulgo Juristarum dictae, mandavit Praeposito Collegii D. Jurisperitorum, ut convocationem faceret D. Doctorum et colle-

Mikołaja z Koprzywnicy exekutoras tetamentu ś. p. Jakóba z Szadka doktora *decretorum*, kanonika i wikaryusza ge-

---

garum etc. Jurisprudentiae, tanquam ejusdum Bursae una cum D. Rectore privilegiatorum Provisorum ad audienda ea quae per Rectorem Universitatis proponerentur.

In qua quidem convocatione personaliter comparentes Senior et studiosi tunc Bursam D. Jurisperitorum inhabitantes gravi in quaerela ad D. Rectorem et doctores tam dictis quam scripto proposuerunt sua incommoda, quibus illam Bursam inhabitantes assidue premuntur.

Primum. Quia illis pecunia pro mensa communi fundata non extraditur, et quae extraditur non in tempore competenti, ut pro commoditate fori minori precio necessaria sibi coemere possint. — Decretum est ex unanimi D. Rectoris universitatis et D. Doctorum jurisprudenciae consensu, tanquam provisorum praedictae Bursae, ut Domini fiscarii et custodes thesauri atque dispensatores pecuniae publicae semper tempestive pecuniam pro necessitatibus Bursae ejusdem extradant. Maxime vero tunc quando ad ipsos senior Bursae cum aliquo consiliario vel antiquiore studioso venerint et causam legitimam necessitatis exposuerint. Non prius tamen pecunia denuo danda, quam rationem fecerint ex pecunia primum ab ipsis perceptą: ubi si apparuerit seniorem rationabiliter et pro evidenti necessitate Bursae mensae communis aliquid de propria pecunia exposuisse ultra pecuniam ipsi per D. Fiscarios datam, ut alacrior ad similia facienda reddatur, statim illi erit solvendum. Et regestrum rationis uniuscujusque particularis apud eosdem fiscarios reliquat, reservandum pro ratione generali, coram omnibus provisoribus Bursae Jurisperitorum, per Praepositum canvocandis per eundem seniorem singulis annis die sancta Helizabet facienda. Quod si in ratione aliqua particulari dubium aliquod emerserit, non remoretur pecuniae numerationem ipsi seniori et necessitati mensae communis. Dubium vero quam primum ad patres referatur resolvendum et debito modo erratum commissum corrigendum.

Secundum. Proposuerunt se maxime gravari (praesertim cum sint numero pauci) magnis expensis mensae in dandis portionibus pro seniore, coco, Tertiano, sine aliquo subsidio externo ad tales expensas: petieruntque se hac in parte juvari. — Decretum itaque est, ut ex communi pecunia ad mensam Bursae istius pertinenti singulis hebdomadis additionum decem grossi per Fiscarios dentur: nec senior more aliorum Conturberniorum teneatur ad Bursam ponen-

neralnego krakowskiego *in spiritualibus* czerwonych złotych 500 złota dobrego i sprawiedliwéj wagi, te wider-

---

dam, aut partem redituum suorum aliquam contribuere ad mensae communis sustentationem sit astrictus. Quod quidem decretum ad beneplacitum rectoris et doctorum durabit.

Tertium. Proposuerunt quia omnia pro usu mensae communis empta, statim exhauriuntur et mox deficiunt, petierunt itaque hac in parte sibi prospici et salubre consilium dari. — Decretum est, ut una camera ad eam rem accomodetur, pro penu convertatur et clausuris duabus obseretur, a clausuraque una senior unam clavem, ab alia vero aliam consiliarius, vel hebdomadarius habeat; nec unus absque altero eandem carbanam aperire vel ingredi audeat, sub poena per provisores in transgressores arbitranda.

Quartum. Proposuerunt se non habere unde salarium familiae, Coccae et Tertiano solvant, sine quorum ministerio vivere commodenec mensam communem habere possunt, et jam quatuor quartalia se coccae retinuisse exposuerunt. — Decretum est, ut salarium familiae ex communi pecunia pro mensa consignata per D. Fiscarios solvatur ad instar aliarum Bursarum.

Quintum. Proposuerunt se gravari intollerabili statuto de negligentibus lectionem aut duas. — Decretum est, moderandum esse statutum in poena, ut contra negligentes ex casu aliquo sit poena unius grossi ad usus mensae et coquinae communis convertendi; contra vero negligentes lectiones, disputationes ex temeritate, vel saepenumero, sel semper, remaneat poena exclusionis de Bursa.

Sextum. Proposuerunt quia habitationes meliores absentes a Bursa retinent, presentes autem et commoditatem meliorem ad studia tractanda desiderantes deteriores possident — Decretum est, ut quicunque sine facultate absentiae nedum a seniore Bursae, sed etiam a Domino Rectore Universitatis obtento, duobus mensibus continue abfuerit, habitatione concessa praesenti, res ipsius omnes et singulae diligenter et fideliter in praesentia Bedellorum Universitatis vel alterius ipsorum et duorum testium conscribantur et in inventaria referantur, atque ad habitationem deteriorem transferantur cum bona provisione a damnis. Interim vero quam primum fieri poterit, ille qui in ejus habitationem commigraverit eidem significet sibi concessam esse habitationem ipsius; res vero ex eadem habitatione translatas in habitationem hanc vel illam: ideo curet quam primum venire et rebus suis prospicere, ne si damnum in rebus suis acceperit frustra aliquem lacessere velit, ita praemonitus. Quod decretum in susceptione uniuscujusque in Bursa eidem legatur.

kaufowym sposobem jemuż na jatkach szewców krakowskich z wypłaceniem corocznie 16 grzywien zapisał, da-

Septimum. Proposuerunt de stillicidiis non tantum rebus ipsorum, sed aedificiis Bursae plurimum incommodantibus, et dominus rector ex certis causis ipsum monentibus banc propositionem distulit ad convocationem universitatis.

Octavum. Proposuerunt quia libri communitatis ejusdem Bursae qui sint et ubi sint nescitur, quibus studiosi libenter uterentur sesundum mentem eorum, qui ipsos legarunt vel donaverunt. Decretum est, ut senior cum duobus consiliariis eosdem libros conscribat et locum ubi sint ostendat. Domini autem doctores Jurisprudentiae facultatem regentes et provisores Bursae suae facultatis postquam habuerint eorundem inventarium de ipsis disponent pro commoditate studiosorum ejusdem facultatis et incolarum Bursae suae. Similiter debere fieri de tota supellectili ad communitatem spectante.

Nonum. Proposuerunt quia studiosi et baccalaurei Jurisprudentiae retinent pleraque altaria, ratione quorum pro gloria et honestate ejusdem facultatis residere tenentur circa Universitatem et facultatem Jurisperitorum, non tamen resident, postulant eos compelli ad residentiam personalem, ut augeatur numerus eorum, qui ad mensam communem pertinent et symbolo majori facto commodius vivatur cum seniore et familia domus. — Decretum est et postulatum a Domino Rectore Universitatis, ut tales omnes ad instantiam instigatoris officii citet et cum ipsis sesundum statuta, privilegia, conclusiones et consuetudines universitatis ab immemorabili tempore usitatis procedat.

Decimum. Proposuerunt quia cum magno incommodo rerum et studiosorum suorum coguntur expectare D. Doctores et Professores facultatis suae ad explicandas lectiones, qui, ut apparet, occupantur interim rebus et negotiis vilioribus et alio tempore sine quovis periculo et incommodo facilius expediendis atque sine scandalo transigendis, libro enim posito in cathedra per servitores, vix ipsimet sequuntur in quadra horae auditoribus tunc vel algentibus vel frigentibus, aut intentionem remittentibus animumque despondentibus.

Decretum est, ut singuli D. Doctores et Professores Jurisprudentiae sesundum statuta universitatis ingrediantur ad lectiones legendas temporibus et horis competentibus, neque deinceps praetendendum esse illam excusationem hactenus in favorem segniciei usurpatam: non habeo cui legam: ideo expecto auditores. Quod in aliis fieri solet facultatibus ibidem in hoc fiat: legant vel servitori, vel

wszy mu przytém zupełną moc na takowym czyńszu w którymkolwiek kościele fundowania altaryi, lub też wspomniony czyńsz dla miejsc świętych applikowania, przez cechmistrzów lub magistrów cechu szewskiego kwartalnie po 4 grzywny opłacany. Pokazuje się to z przywileju tegoż króla *de data: in Niepołomice feria quinta post festum Epiphaniae Anno* 1489.

Roku 1491. ten sam Mikołaj z Koprzywnicy exekutor testamentu Jakóba z Szadka, uczynił rekurs do akademii, gdzie na konwokacyi publicznéj dnia 24. Sierpnia za rektorstwa M. Jana z Pilcy ś. teologii professora, otworzył myśl swoję fundowania na przerzeczonym czyńszu 16 grzywien nową kollegiaturę, czyli katedrę dla seniora bursy kanonistów, zostawiwszy sobie aż do śmierci, albo też jak długo mu się też podobać będzie 12 grzywien, a pozostałe 4 grzywny ustąpił natychmiast wspomnionéj kollegiaturze. Jakoż na wniosek jego nastąpiła uchwała akademii, z opisaniem powinności, które senior bursy miał wypełniać.

Roku jak wyżéj dnia 17. Grudnia fundował ołtarz pod tytułem ś. Jana *ante portam latinam* w katedrze krakowskiéj, przeznaczając tę nową kollegiaturę dla seniora bursy kanonistów, na tychże 16 grzywnach z obowiązkiem odprawiania co tydzień mszy jednéj za umarłych, odbywania dysput i czytania lekcyi. *Jus patronatus* wspomnionego ołtarza i kollegiatury oddał rektorowi i całéj akademii.

Pomienioną summę 500 czerwonych złotych złożył cech szewski z jatek swoich w złocie; za którąto summę, złotych 700 *per mediam sexagenam* król Jegomość akademii wyliczył, powiększywszy czyńsz do 17 grzywien. Tę summę Paweł Czerny z Witowic, starosta brzeski na dobrach swoich mieście Żabno z przyległościami przed aktami grodzkiemi krakowskiemi dnia 16. Kwietnia 1512. r.

---

parietibus Deo praesente et diligentiam uniuscujusque et evasivam professionem considerante et auditores successu temporis subministrante; alioquin lectio serius incepta et per decanum annotata pro lectione non habebitur, et tanquam non legerit punietur.»

zapisał. Od którejto summy tylko złotych 28 miedzianą monetą dziedzice i possessorowie dóbr pomienionych wypłacali. Lecz następnie seniorowie bursy wytoczyli sprawę onymże w konsystorzu krakowskim z przyczyny redukcyi monety, gdzie dotąd sprawa ta nierozstrzygniona wisi. Aczkolwiek senior bursy nic nie partycypuje z téj fundacyi, wzmiankowane jednak w erekcyi wspomnionego ołtarza ciężary podejmuje. Miał jeszcze senior czynsz 6 złotych od miasta Zatora, jako o tém akta konsystorza krakowskiego r. 1526. dnia 7. Maja nauczają; lecz ten wraz z summą kapitalną od dawna zaginął.

Podobnież upadł i zginął czynsz 10 grzywien od summy kapitalnéj 400 złotych, na dobrach Sieciechowice i Tomaszewice seniorowi bursy zapisanéj, o którego wypłacenie nastąpił był dekret nuncyatury apostolskiéj dnia 20. Sierpnia 1637. r. dziś do windykowania nie podobny.

Wieku dzisiejszego wspomniony senior tak za pracę w czytaniu lekcyi, jakoteż za roczną pensyą za starania swoje i rząd, tudzież na żywność całego roku z fundacyi niżéj opisanych wypłacane sobie miewa z Wiceprokuratoryi złotych 384.

Fundacya Garwaskiego. Stanisław Garwaski, herbu Grzymała, kanonik krakowski, dziekan płocki, wstępując w ślady Długosza, w ten sam czas kiedy bursa prawników w dochodach swoich upadała, kupił w roku 1635. dwie wsi, jednę zwaną Sieradzice w województwie krakowskiém, powiecie proszowskim; drugą, dzisiaj (1773.) zakordonowaną, nazwaną Wrzoszowice w temże województwie, w powiecie rzeczyckim leżące, na synów ślacheckich uczących się prawa w akademii krakowskiéj. Tę fundacyą jego approbowała Rzeczpospolita konstytucyą r. 1662. tit. *Approbatio fundationis Garvascianae.*

Poddał ją pod protekcyą i zawiadowanie Prześwietnéj kapituły katedralnéj krakowskiéj, o czém akta kapitulne z r. 1635. dnia 13. Października. Téj fundacyi takowa jest ordynacya. Powinnno być na niéj 24 alumnów urodzenia ślacheckiego z województwa płockiego, osobliwie

z ziem, powiatów i familii fundatora, wreszcie podług woli Prześ. kapituły krakowskiéj, w wieku lat sposobnych do uczenia się, to jest jako brzmią słowa ordynacyi: *nec nimium pueri, nec nimium adulti, sed in aetate quae ad tractanda studia habilior est.* Ci wpisawszy się w metrykę akademii, mięszkać powinni w bursie prawników, z tém ostrzeżeniem: aby żaden z nich w usługach bądź kogożkolwiek nie mieścił się, których gdy kapituła płocka wybierze i Prześ. kapitule krakowskiéj przedstawi, prowizorowie przyjmować mają. Senior zaś ma ich w metrykę bursy wpisywać, odebrawszy od nich poprzednio przysięgę, że zachowywać będą przepisy statutu, i wyznanie wiary; a z dochodów dóbr wspomnionych żywność tygodniowa dla nich obmyślona być powinna. Przeto dawniéj, zanim ceny rzeczy podrosły, dla każdego z nich na stół wspólny wydawała wiceprokuratorya po złotym 1 groszy 10; teraz zaś według rozporządzenia Prześ. kapituły na każdego złotych dwa, obracane na stół wspólny, wypłacane bywają. Mieć tedy powinni stół wspólny z obiadu i wieczerzy złożony, do stołu chleb i piwo. Drwa na kuchnią dostarcza wiceprokuratorya. Prócz tego chciał fundator, aby prowizorowie obydwa mieli nad nimi dozór, jako o tém już wyżéj. Senior bursy z szafarzami, aby przed prokuratorem Prześ. kapituły rachunki z wydatków zdawał, z zastrzeżeniem wolności każdemu z prałatów i kanoników takowe rachunki rewidowania, któryto senior, jako rządzący alumnami mieć z nimi stół wspólny powinien. Lecz dzisiaj partycypuje tylko z téj fundacyi na wikt co tydzień po złotych 3. Na pensyą zaś za prace swoje pobiera z dóbr Sieradzice złotych 55 groszy 14, z dóbr Wrzoszowice złotych 165 groszy 18. Do niego bowiem należy wiedzieć, czego się który uczy, a przeto konferencye z nimi w wyznaczone godziny uczynić, bez wiadomości swojéj na miasto nie wypuszczać, a wypuszczonym czas powracania naznaczać, i niemniéj w przystojnych, jako i w pobożnych, jakie *sodales marianos* zdobią, obyczajnościach ćwiczyć.

Obowiązki alumnów podług pobożnych fundatora myśli są: codziennie z rana *ad hypocaustum commune* schodzić i tam officium małe do N. Panny, a w wieczór litanie lauretańskie odprawiać, mszy codzień słuchać, co miesiąc w święta N. Panny, albo też inne uroczyste spowiadać się, N. Sakrament przyjmować. W Niedzielę i w święto każde chodzić do katedry krakowskiéj, a tam w kaplicy Maciejowskiéj mszy ś. słuchać i bywać na kazaniach. Za duszę zaś fundatora w piątek pierwszy miesiąca każdego *officium defunctorum* odprawiać.[1])

[1]) Ordinatio horarum pro studiosis Garwascianis.

Horae matutinae.

Idem consiliarios duos, primum a Magnifico Domino Rectore nominandum, alterum a communitate alumnorum eligendum habebit, quorum opera in prospiciendo, promovendoque bono communi Contubernii utetur; qui consiliarii, prout et praepositus sequenti die post confirmationem seu reelectionem Magnifici Domini rectoris in Communitate contubernii, vel, si opus fuerit, alio quoque tempore eligentur.

Lex 3.

Praepositus vocato in id officii e consiliaris uno, quem rei oeconomicae peritiorem censuerit, providendorum victualium, comparandorum lignorum utensiliumque mensae ac culinae servientium curam habebit, et a Magnifico Domino rectore in Menses aut septimanas danda pecunia ex mente ac mandato ejusdem quae erunt necessaria comparabit, fide et diligentia quam maxima, officio privandus si aeri alterutram peccaverit.

Lex 4.

Idem cum administro consiliario quovis mense regestra expensae pecuniae Magnifico Domino Rectori praesentabit. Quietationes seu subscriptiones Regestr. percipiet salvandae suae fidei, successorum instructioni profuturas.

Lex 5.

Cibos mensae quotidianos taliter adaptabit, coemet, ac compa-

rabit pararive curabit, qualiter ordinatio mensae seorsivo scripto clausa indicabit.

Lex 6.

Providebit et uterque cum ipso consiliarius ne res contubernii, utpote mensae, scamna, fenestrae, fores, ollae, vasa, ab ullo contubernalium extraneorum destruantur, aut distrahantur, sub poena reparationis, aut damni restitutionis, nisi ab authore vindicaverint in ipsos irroganda.

PUNCTUM IV.

De reverentia praeposito et consiliariis ab alumnis praestanda et aliis bonum ordinem et commoda Contubernii concernentibus.

Lex 1.

Praepositus amorem Contubernalibus, illi ei honorem ac observantiam debeant et praestent.

Lex 2.

Si quis in praepositum consiliariosve, verbis acrioribus, scommaticis et injuriosis invectus fuerit, delatus Magnifico Domino Rectori, pro ejusdem judicio punietur, si verbera adhibuerit, a contubernio excludetur.

Lex 3.

Si iis quae spectant commodum contubernii omnes cum Praeposito quo poterunt meliori suffragio et auxilio concurrent citra aliorum damnum et injuriam.

Lex 4.

Si quis alicui extraneo damnum intulerit, vel quomodocunque eundem laeserit, si corrigi ac corripi a praeposito cum Consiliaris cum tota communitate non possit, judicio Magnifici Domini Rectoris emendabitur. Idem circa injurias ac damna Contubernalibus illata faciendum.

Lex 5.

Nemo alumnorum canes, aves, columbas in Contubernio foveat et quidquid quietem communitatis turbare possit, ab eo prorsus abstineat, sub poena, primo grossorum duodecem, secundo duplici, tertio ab arbitrio Magnifici Domini Rectoris graviori.

Lex 6.

Officiis praepositi sese ingerere, culinam lustrare, eandem ingredi et id genus alia, quae oeconomiam spectant agere, nemo audeat sub poena privationis mensae toties quoties id fecerit.

Lex 7.

Si quis evidenter advertat rei communi damnum ab aliquo fieri, aut per praepositum consiliariosque bona contubernii non curare, aut in communitatem personasque quomodocunque peccare, ejus deferendi accusandique coram Magnifico Domino Rectore omnibus datur facultas.

PUNCTUM V.

De iis quae ad mensam sunt observanda.

Lex 1.

Prandium coenamque omnem benedictio devota quae solita est: ***Oculi omnium in te sperant*** etc. et: ***Benedic Domine*** etc. praecedet gratiarum actio solita quoque illaque brevis subsequetur, sub poena privationis mensae, qui ei non adfuerint: hanc tamen benedictionem per Benedicite incipiet diaconus vel subdiaconus, vel clericus in vestitu clericali incedens, si fuerint. (Praesbyter enim alias factus in contubernio non alatur, sed recedere et provisioni suae adhaerere tenebitur, sub poena exclusionis a domo) alias praepositus, hoc absente prior inter alumnos, tandem oculi omnium simul omnes voce devota ac sincera mente prosequentur; postmodum incipiens dicet: ***Benedicite Domine nos*** etc. cum responsione omnium: ***Amen.*** Eodem modo in gratiarum actione unus ex illis incipiet: ***Benedicamus Domino!*** omnes respondebunt et dicent: ***gratias agimus*** etc. Demum; ***Sit nomen Domini benedictum*** et ***Retribuere Domine*** etc., post quam gratiarum actionem singuli exibunt propter secundam mensam.

Lex 2.

Lectio saera adhibebitur per Magnificum Dominum Rectorem assignanda, quam omnes attente, sine mussitatione audient, sub poena simili instituetur a primo ad ultimum hebdomadatim. Praepositus autem ab ea liber erit.

Lex 3.

Ad mensam primum locum Praepositus usurpabit, secundum consiliarii, alii juxta eum ordinem quo in metriculam Contubernii sint adscripti. Liberum tamen erit Magnifico Domino rectori quempiam circa susceptionem, et alias pro dignitate altius promovere.

Lex 4.

In capiendis portionibus honestatem et civili tamen omnes curabunt ordine unus post alium ex suo loco, turpissimum enim est duos vel tres simul ac semel, et quidem praetermisso ordine, ex

scutella capere portiones, sed nec illud pulchrum si primus vel secundus (expectantibus reliquis) ita morose sibi eligat portionem, ut quam semel accepit, iterum ex quadra scutellae imiciat (?) aliamque accipere, aut etiam ab una ad aliam volitando, quamlibet attingat; unde ejusmodi juvenes inciviles ac moribus carentes ex loco superiori quo potientur ad finalem removebuntur.

Lex 5.

Tumultus, clamores, rixas ad mensam excitantes, poenae privationis per unam septimanam subjacebunt, contumaces excludentur, si vero unus alium ad mensam percusserit, exclusionem merebitur.

Lex 6.

Absentibus (nisi ex juxta causa, v. g. mandato Magnifici Domini Rectoris, aut in negotiio communitatis abfuerint) portio nulla servetur, nulli item in cameram feratur (excepto si infirmitatis verae legalitas intercedat), sed omnes statae horae advigilent, nisi velint privari.

Lex 7.

Qui portione aliqua, seu portionibus aut toto prandio, juxta legum obloquentiam decreto Magnifici Domini Rectoris aut placito communitatis mulctati fuerint, iis omnino nihil praebeatur, si praepositus praeberi jusserit mulcta simili corrigetur.

Lex 8.

Consiliarii hebdomadatim mensam instruent, cibos bene parari condirique, insuper signum ad mensam dari, portari et exhiberi, curabunt, portabuntur autem cibi prima die ab eo, qui ultimus est alumnorum, secunda ab eo qui hunc proxime antecedit et consequenter in dies ascendendo usque ad priorem contubernii post praepositum et consiliarios, qui ab hoc officio, cum alii curae mensali sint adstricti, liberi erunt. Idem qui portabit fercula signum dabit mensae per campanam.

Lex 9.

Post peractam mensam pro lectore, item ministrante, seu portore secunda mensa instruetur, ad quam per consiliarium unum hebdomadarium portiones exhibebuntur.

Lex 10.

Si autem contigerit (quod absit), ut statis temporibus census a summis principalibus pro hac mensa ordinatis non extradantur, suplementum infra positum per Magnificum Dominum Rectorem protunc existentem ex archivo universitatis (adhibito ad id Excel-

lente Domino protunc quaestore, qui pro hoc solo supplendo defectu, ad aperiendum scilicet archivum conscius rei hujus esse debebit) deprometur. Nihilominus dum census repetentur denuo inponendum erit tantum ex his quantum acceptum fuerit. Ista autem suppletio non debebit ultra medietatem summae paulo statim positae extendi, ut postmodum certa quantitas summae ad vindicandos jure census in parato maneat, pro quo supplemento ex censibus tam pro tempore praeterito recuperatis, summa quingentorum florenorum polonicalium per modernum magnificum Dominum rectorem exnunc in archivo academico (cujus summae revisio post confirmationem, aut reelectionem novi Magnifici Domini rectoris semper esse, ut nunquam pereat, sed per universitatem conservetur, debebit) reponitur.

Lex finalis.

Cum vero Magnificus rector provisorem agit hujus contubernii, qui simul primum caput Universitatis ac custos legum habetur, proinde si quid tale evenerit per alumnos perpetrandum (quod absit) hic non appositum, tunc juxta leges et statuta academiae procedet. Haec autem omnia et singula, ut perpetuum robur habeant, in publica convocatione per totam universitatem roborantur, subscribuntur et sigillo ejusdem universitatis communiuntur. Cui universitati licitum semper erit has leges antiquandi, corrigendi et illis novas adjiciendi, pro quibus singulis jus sibi servat et reservat.

M. Adrianus Krobski J. U. D. Profes. Universitatis Zamoscensis praefatae Rector.

M. Stanislaus Niewieski, Phil. D. Physices ordinarius professor et interea Decanus Academiae.

M. Franciscus Casimirus Grabowicz Phil. Doctor, Logices ordinarius professor.

M. Albertus Franciscus Wesołowski Phil. Doctor, Poeseos ord. professor.

Andreas Abrek S. B. D. scholasticus Zamosciensis Praeposit. Tarnov.

M. Sebastianus Joannes Leszczyński Philosop. doctor Ordinarius professor eloquentiae, Canonicus Zamoscensis.

M. Paulus Antonius Krzeczkiewicz Phi. D. Matheseos Ord. Professor.

Valentinus Tuszowski artium et Phil. baccalaur. Ordin. Analogiae professor et Notarius Academiae Zamoscensis.

Bursa Staringela przeznaczoną była na 12 uczniów. Po wojnie szwedzkiéj za panowania Augusta II. upadła całkiem. Laskaris reformując akademią zamojską w roku

1746. kazał bursę Staringela odnowić na 12 uczniów ubogich z każdego wydziału, to jest prawnego, teologicznego i filozoficznego po czterech.

f. **Borkany.**

I przy akademii zamojskiéj były pewne summy, od których procent nadawcy tych sum przeznaczyli na wspieranie ubogiéj młodzieży, na nauki do akademii zamojskiéj chodzącéj. Majątek atoli borkanów zamojskich był bardzo szczupłym, albowiem w roku 1746. wynosił tylko 1600 złotych, od których płacono procentu 128 złotych.

g. **Zbiory naukowe.**

Innych zbiorów naukowych prócz kilku instrumentów matematycznych, nie było w akademii zamojskiéj, tylko biblioteka i drukarnia.

Biblioteka znajdowała się od samego początku; pomnożyli ją znacznie legowaniem swoich zbiorków książek professorowie Jan Ursyn, Błażéj Zaremba, Albert Nowopolski, Jan Leonicen, Solski, Kołakowski i Foltynowicz. Laskaris reformując w r. 1746. akademią, przeznaczył na pomnażanie biblioteki dochód z kar pieniężnych tak professorów, jako i uczniów, dawniéj pomiędzy uczących podzielany.

Drukarnia znajdowała się przy akademii także od samego początku, ale czy była jéj własnością, niewiadomo mi, gdyż w rachunkach akademii nieznalazłem dochodu z drukarni. Na drukach też zamojskich, zwłaszcza w początkach, drukarze nazywają się *typografami* akademii, nie zaś zawiadowcami, dzierzawcami drukarni akademickiéj. Zresztą o drukarni zamojskiéj znajdzie czytelnik więcéj szczegółów w Bandtkiego *Historyi Drukarń królestwa polskiego*

h. **Prawa akademii.**

Jan Zamojski założywszy akademią zamojską zalecił jéj professorom napisać prawa, któreby nauczycieli i uczniów zobowięzywały, jednym i drugim ich powinności i należytości wskazując. Ułożony przez zgromadzenie aka-

demickie statut potwierdził i w następującem brzmieniu ogłosił:

Privilegium vetus.

Praefatio. Cum optimus et beneficentissimus Pontifex Clemens VIII. novae hujus academiae in hac nova Civitate Zamoscensi institutae professores et doctores, in omni prope genere facultatis creandi et leges pro via communi atque academica tam professorum quam studentium condendi potestatem fecerit, hac sedis apostolicae authoritate, constitutis primum non paucis statutorum quasi capitibus quidquid e re hujus universitatis fore ad posteritatem judicatumque, consensu unanimi et consilio, ad hac ipsa capita contulimus, conscripsimus, conscriptum promulgavimus. Caeterum Illustrissimus D. Joannes Zamojski Gymnasii hujus conditor quum aequum censeret, ne ulla lex absque scitu illius et approbatione ferretur, libellum legum sibi offeri jussit, perlegit, quidquid de re sentiret, exposuit, comprobavit. Sed et Illustris Dominus ac Reverendissimus Stanislaus Gomoliński episcopus chełmensis, pro ea jurisdictione, quam illum solum sedes Romana in hanc academiam habere perpetuo voluit, itidem festos ac feriatos Academiae istius dies cum Illustrissimo fundatoris et Universitatis consensu celebrandos et observandos sanxit. Relicta tamen in posterum omne tempus, plena facultate professoribus pro usu et necessitate, sive leges has scriptas antiquandi, sive abrogandi, aut derogandi, aut alias scribendi, promulgandi, perferendi, haec omnia cum Fundatoris et post cum haeredum ejus placito et conapprobatione Exc. et Illustris. fundatoris et Reverendissimi Antistitis. ect.

Album in quod inscribuntur studentes.

1) Albi Universitatis Rector quemadmodum immunitatum sive a Sede apostolica, sive a rege, sive a fundatore concessarum custos esto.

2) Nomina studentium rector in album referat. Ubi retulerit studentem examinandum ad decanum remittat. Relatus et census stipem relationis et censurae rectori idem ipse persolvat.

3) Studentes relati in album et censi, ditiores denos grossos persolvant, egentiores senos grossos, egentissimi Deum pro incrementis Academiae Zamoscensis exorent.

4) Nullus professorum alumnum disciplinae in fidem et curam suam recipere audeat, nisi primum Rectori exhibitus et a Decano examinatus fuerit. Si secus faxit et dies octo studentem non professum in cura habeat professor, grossos quinque persolvat.

De decano ejusque officio.

Decanus juratus munus suum uno anno, nisi illi in sequentem

annum prorogatum fuerit, administrabit fideliter et ad perscriptum legum, cujus ea prima lex erit.

1) Ut non prius studentem examinet, quam a rectore visus et ad se ablegatus fuerit examinis causa. Si secus faxit, grossos quinque persolvat.

2) Examinato adolescente classem assignabit et professori classis illius tradet, nec quidquam juris ad studentem habebit amplius, nisi peculiariter a parentibus vel propinquis sibi commendatus suo utatur contubernio, aliquin quinos grossos persolvat.

3) Singularium mensium extremis diebus sabbathi examinibus intererit in scholis inferioribus, propter cognoscendos profectus studentium. Si alium se praestet, quinos grossos persolvat.

4) Illud etiam videbit, ut statis horis, ut integris omnibus temporibus praeter festos dies et ab inferioribus et a superioribus professoribus lectiones non frivole, sed sedulo ad praescriptum fundationis praelegantur.

5) Si negligentias aliquas professorum tam inferiorum quam superiorum classium deprehenderit, ad rectorem vocari a bedello professorem jubebit, a quo pro qualitate negligentiae punietur. Id vero si negligit, negligentias ipsius solvat.

6) Die illo, qui in renovatione aestiva consequetur mandationem honorum, decanus classium inferiorum studentibus in auditorium eloquentiae vel philosophiae hora aliqua antemeridiana convocatis, examinatos ad classes superiores, quibus digni videbunt promovere tenebitur; quod si neglexerit is aut rector, unus ex profes soribus de mandato exequetur.

7) Postridie Festi s. Galli Abbatis, in renovatione hyberna, nisi sit dies Dominicus, alioquin die s. Lucae, tempore pomeridiano Decanus clsssium inferiorum studentibus, in auditorium Eloquentiae vel philosophiae coactis, examinatos, ad classes superiores, quibus digni videbuntur promovere identidem tenebitur. Alioquin duodenos grossos persolvat. Sed et a rectore negligentiarum singularum nomine in jus vocari, ac pro qualitate delicti puniri poterit. Munus vero id, qui interim obeat propter importunitatem hominis, quasi extraordinarie alii cuilibet professorum demandabit.

8) Decanus solus de novitiis censeto ad quam ulteriorum classium reponendi.

9) Promovendos singulis commutationibus, vel extra commutationes cum rectore et praeceptore examinato. Quo in examine praeceptoris praecipua fides erit, cui alteruter, aut rector, aut decanus accesserit.

10) Campanae potestatem habeto. Horas statutas observato, tam lectionum, quam reliquorum actuum omnium. De iis omni-

bus, quicquid rector cum collegio statuerit, illo negotium exequitor.

Leges de disciplina studiosorum.

1) Studentes quicunque aliunde venerint in academiam Zamoscensem studii causa etiam sex annorum sisti rectori debebunt, ac nomen statim dare in album.

2) Juramenti formam sibi praescriptam praestare tenebuntur, eo tempore quo in classes superiores promovebuntur. Qua lege isti tantum tenebuntur qui 14 annum non excesserint. Et qui excesserint, etiamsi in classis inferioribus studeant, nonnisi juratos esse oportebit.

3) Unusquisque studentium privatum praeceptorem habeto, cujus consilio lectiones audiet; quas si negligat, arbitrio praeceptoris punitor.

4) Si studentium aliquis lectiones a praeceptore assignatas memoriae non mandaverit et horis designatis memoriter non recitaverit, ex sententia praeceptoris punietur.

5) Nisi quis ex studentibus tam inferiorum, quam superiorum classium omni loco et tempore graece aut latine (quibuscum propter linguarum peritia commode dicere poterit) loquatur, poenam praeceptoris sui sentencia subeat.

6) Qui excesserit ex ephebis adolescens probrumque parentum alicui objecerit, ad rectorem delatus 5 grossos persolvet. Alioquin plagas accipiet et palinodiam canet. Si non excesserit a praeceptore suo sententia rectoris vapulabit.

7) Si adulti scholares convitiis se mutuo exceperint, iisque indignis, quinos grossos persolvant. Si aegestate praemantur, ut solvendo esse... possint, flagri plagas accipiant.

8) Si capilatio intercedat mutua, vel calophi mutui sine sanguine, denis grossis mulctentur ambo. Si egestas obsit, flagri plagas accipiant.

9) Studentium aliquis ab aliquo pulsatus vel pugno, vel palma, duobusque testibus convictus, decem grossos persolvat. Alioquin in carcerem hujus diei noctisque conijciantur. Si mutua haec injuria fuerit, utraque pars testibus convicta viginti persolvat, vel in carcere diem integrum maneat, sententia rectoris et consiliariorum.

10) Si ad effusionem sanguinis usque, florenum numeret, vel in carcerem tridui totius conjiciatur sententia rectoris et consiliariorum.

11) Si ibidem mutua fuerit et signis hoc aliquibus monstretur ac testes ad summum duo producantur, duos florenos ambo numerabunt, vel tribus diebus in carcere manebunt.

12) Si aliquis factionis alicujus vel domesticae vel civilis author fuerit, pro gravitate sceleris et sententia Consiliariorum a Rectore punietur.

13) Si aliquis ex studentibus professorem vel absentem vel praesentem convicio laeserit, duorum testimonio convictus aureum nummum persolvat, caeteroque plagas accipiat, aut quatriduo in carcere detineatur.

14) Si aliquis studentium in taberna cauponaque potens deprehensus fuerit, vel choreas ducens larvatus et id genus, talerum persolvat. Si egestas obsistat, plagas flagri vel virgarum accipiat.

15) Ex studentibus aliquis a rectore in jus vocatus, si primum non paruerit inobedientiae reus erit. Si iterum non paruerit, solvat florenum unum, vel si egeat, pertractus flagris caedatur. Si pertrahi non poterit, excludatur, sententia rectoris et consiliariorum.

Cautio. Ubi aliquod novum facinus ab aliquo studentium patratum fuerit, lege nova cavere, ne id in posterum fiat, universitatis esto.

16) Si aliquis ex studentibus cujuspiam studentis honorem verbis vel literis laeserit, ad rectorem vocabitur, apud quem qui detractor habebitur, probare suae orationis veritatem tenebitur. Si probaverit, iste in quem vere dictum aliquid est, curabit ut omnes in posterum de se male sentiendi et dicendi occasiones praecidat. Si probare non poterit, ille qui existimatione offendit, 15 grossos persolvat et pro qualitate detractionis publice vel privatim sententia rectoris et consiliariorum loco et tempore competenti offensum reconciliet.

17) Si aliquis ex studentibus apud rectorem aut in judicio, non eo habitu, qui suum ordinem deceat, neque exteriori veste decenter amictus comparuerit, quinos grossos reponat.«

Gdy prawa te okazały się z czasem niedostatecznemi, Szymon Piechocki, rektor akademii, nadał téj szkole nowe **1611.** roku:

»Simon Piechovius Medic. Doctor Academiae Zamoscensis rector has leges ex Universitatis Consensu statutas promulgavit Anno Domini **1611.** ultima Octobris.

1) Nemo ex studiosis, quocunque ordine sit, discipulus, paedagogus, servus, servulus quicunque ad academicam jurisdictionem pertinet, arma apud se habeat, sed ea apud privatum praeceptorem deponat, nec secum circumferre audeat, cujuscunque generis illa fuerint, sine peculiari Rectoris dispensatione et permissu. Quod si quis deprehensus fuerit, primo moneatur, secundo puniatur uno floreno, tertio in duplo, quarto excludatur.

2) Nullus studentium rem propriam aut alicujus inscio praeceptore privato aut inspectore, aut hospite, alio ex studiosis aut civitat. Zamoscen. Hebreis vendat, aut oppignoret. Si secus faxit, illud irritum esto. Emptor vero postulatus ab aliquo ex supranominatis personis, rem reddere, pecunia amissa, tenetur.

Juramentum tam Professorum quam studentium.

Forma juramenti eorum qui promovebuntur ad quoscunque honorum gradus ea observabitur, quae a Sacrosancto Concilio Tridentino praescripta est super professione fidei.

Forma juramenti rectoris primo anno initi magistratus.

Ego N. Rector Universitatis hujus quicunque sequentibus annorum intervalis in locum meum successerit et dum publicam hanc dignitatem in sua in me jurisdictione sustinuerit honorem tanquam magistratui in eo conveniente habiturum, et omnibus mandatis illius, modo ne quid contra jus fasque et contra id quod liceat imperetur, obsecuturum, me sacre voveo, promitto ac juro. Ea etiam, quae fundationis instrumento et legibus de consensu fundatoris latis, ut a rectore Academiae hujus observentur, praescripta sint, dum Magistratum hunc gessero, omnia integerrime observaturum me, et non tantum munus hoc meum supremum rectoratus, sub professionis etiam instrumento fundationis descriptum, omni tempore, quo ejusdem obligatione obire tenebor, fide optima obiturum spondeo, voveo et juro. Sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Qui primus rector in academia Zamoscensi creatus fuerit, onus juramenti hac forma praestare tenebitur super librum Evangelii adstantibus collegis. Quo peracto, in manu illius tanquam jurati jam magistratus, Decanus cum praeceptore(?) caeterisque professoribus ac studentibus jurabit. Ubi altero anno ineunte, magistratum objerit, non jam videtur ut renovet juramentum pro obedientia, sed tantum pro observatione legum in munere suo.

Forma juramenti rectoris perpetua.

Ego N. ea quae fundatione et legibus de consensu fundatoris latis, in universitate hac, ut a rectore academiae hujus observentur, praescripta sunt, vel post pro necessitate et usu rerum ac temporum unanimi consensu Academiae praescribentur, dum magistratum hunc gessero, omnia integerrime observaturum et munus hoc meum supremum rectoratus omni ex parte fide optima obiturum me, spendeo, voveo et juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Forma juramenti Decani perpetua.

Ego N. ea quae fundatione et legibus de consensu fundatoris

atis in universitate hac a Decano ut observentur praescripta sunt, vel post pro necessitate et usu rerum unanimi consensu academiae praescribentur, dum Magistratum hunc gessero, omnia integerrime observaturum et plane hoc munus meum decanatus omni ex parte fide optima obiturum, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Forma juramenti Quaestoris perpetua.

Ego N. ea quae fundationis et legibus de consensu fundatoris latis, ut a quaestore universitatis observentur, praescriptae sunt, vel post pro necessitate et usu rerum unanimi consensu academiae praescribentur, dum magistratum hunc gessero, omnia integerrime observaturum et plane hoc munus meum decanatus omni ex parte fide optima obiturum, spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Forma juramenti perpetua professorum recenter aliunde in academiam vocatorum.

Ego N. et praesenti hujus universitatis rectori et quicunque sequentibus annorum intervallis praesentis locum susceperit, quousque publicam hanc dignitatem cum sua in me jurisdictione sustinuerit, honorem Magistratui meo convenientem, habitum et omnibus mandatis illius, modo ne quid contra jus fasque et contra id quod liceat, imperetur me obsecuturum, munus etiam professionis meae instituto fundationis descriptum omni tempore, quod ad me pertinere poterit, fide optima obiturum me polliceor. Bonum denique universitatis, vitae honestate, legumque conservatione potissimum promoturum me spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Forma juramenti perpetua Adolescentum in academiam Zamoscensem studii causa venientium.

Ego N. et praesenti Universitatis Rectori et quicunque sequentibus annorum intervallis praesentis locum susceperit, quousque publicam hanc dignitatem cum sua in me jurisdictione sustinuerit, honorem magistratui meo convenientem, habitum et omnibus mandatis illius, modo ne quid contra jus fasque et contra id quod liceat, imperetur me obsecuturum, vitae denique honestate et modestiae, ac literarum cultu, legumque, quae ad me pertinebunt diligenti observatione bonum universitatis hujus, me promoturum, sancte promitto, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet.

Testimoniales literae iis dandae et a quibus.

N. Universitatis Zamoscensis rector, caeterique ejusdem Aca-

demiae Professores significamus praesentibus literis maxime quorum interest universis et singulis. Nos cum ea vis sit honoris, ut artes alat, omnesque ad studia literarum et virtutes incendat, neque incitamentum quoad tempus, sed perpetuum virtutis sit praemium, debitum honorem virtuti et doctrinae tribuere ac promovere ex consuetudine omnium in Orbe christiano academiarum, gratia sedis Apostolicae .... in honore hunc adolescentem habendo, vitam atque mores spectavisse praemium, quibus cum videret esse probatissimus, eruditionem deinde et doctrinam, quae merito posset istis honoribus ornari cognoscere voluimus, ac temporibus designatis examinatum diligenter, secundum praescriptum legum Universitatis nostrae idoneum reperimus, qui honoribus condignis augeretur. Itaque authoritate SS. Domini Pontificis Romani Clementis VIII. et Academiae communi consensu et voluntate N. ipsius honestatis et literarum meritis ornavimus, primum gradum in academia nostra ascendere jussimus, promovimus et baccalaureum artium et philosophiae renunciavimus, promotumque et renunciatum hisce literis testamur. In cujus rei fidem et evidentius testimonium hisce sigillum universitatis nostrae applicari mandavimus. Datum ex hippaeo Zamoscensi.

Rector quomodo et a quibus creandus.

Rectoris munus, et aliorum Academiae Zamoscensis Magistratum, ultra quam biennii etiam ad prorogationem, sit.

1) In creatione rectoris quinque, unus Polonicae, alter Lithuanicae, tertius Russicae, quartus Prussicae conjunctim cum Livonica, nationum, quintus extremus .... ex studentibus philosophiae et eloquentiae adjugendi, qui sorte deligantur; quorum sententiae ejusdem authoritatis ac professorum sententiis sint, idque propter paucitatem professorum.

2) Rector creatus sententiis plenibus consiliarios quatuor ex professoribus delectos sibi assumet, ex superioribus duos, ex inferioribus unum, ex studentibus unum, eumque juventutis principem, qui se in suo munere consilio juvent, neque quidquid in quemquam sine consilio et sine consensu eorum statuere possit. Si secus faxit, sententia illius irrita sit.

3) Rectoris munus erit horas professoribus initio renovationis assignare. In assignandis horis potissima ratio habeat graviorum lectionum, ut horis prioribus praelegant. Primitas autem non ordine sed difficultate aestimabit. Praeter mathematicas, quae his antemeridianis postremae habebunt; primae pomeridianis.

4) Duobus sabbathis renovatione tam hyberna quam aestiva proxime antecedentibus rector examini semestri in classibus et superioribus et inferioribus praeerit. Examine peracto, gravem aliquam

cohortationem omnium classium auditoribus, de mandato convocatis, instituere tenebitur, eosque ut omnes sui ordinis functiones, fidei et juramenti memores, literas et virtutem strenue collant, officium sedulo faciant adhortabitur. Quod bis in anno facere tenebitur. Primum altero sabbatho quod immediate antecedit diem s. Galli, vel ipso festo, si sabbatho inciderit, tempore renovationis hybernae; deinde altero sabbatho, quod immediate antecedit Calendas Maji renovatione aestiva, idque temporibns pomeridianis, peracto, ut dictum est, examine publico. Quod si neglexerit, pro singulis renovationibus singulos aureos persolvit.

5) Si studiosus in jus ad Rectorem vocatus testes producat, cujuscunqne partis fuerint, rector mandabit testibus ne fide mala aliquid agant, Deum et conscientiam in dando testimonio pro oculis habeant, sibi pro juramento exhibito pareant, ne quod secus quam gestum aut dictum est, dicere audeant.

6) Rector jus plenum omnes professores aliqua justa causa oblata de mandato cogendi potestatem habebit.

7) Rectoris erit singulis Saturni diebus, prandio peracto, ex professoribus quaerere, an aliquid per modum quaerimoniae vel deliberationis causa proponere velint.

8) Rector et in convocationibus et in actibus publicis, plane ubique et domo et foris inter professores etiam theologiae quousque in magistratu fuerit, primum locum habebit. Cum abierit magistratu, locum suae vocationis tenebit.

Singuli professores lectiones et exercitia habebunt.

1) Artes et facultates tractabunt, authores interpretabuntque: modum explicandi et docendi, tum etiam discipulos exercendi, juxta fundatoris praescriptis, uno aut pluribus instrumentis, prout plures professores adsciscet, ejusque salaria assignabit, perpetuis temporibus observabunt, neque unquam immutabunt.

2) Quod tempora lectionum et ferias attinet, pro more et consuetudine omnium in orbe Christiano academiarum certa tempora sint, quibus lectiones fieri non liceat, vel quod aliter fieri nequeat, vel propter et profitentium et studentium aliquam remissionem. Videtur itaque, ut nefasti dies habeantur ii primum, quibus festivitates illae, quae ab .... Romana primae vel secundae classis .... occurunt.

In quo numero censebuntur festa haec:

3) Pomeridianum tempus vigiliae ab ipso die Epiphaniae Domini. Pomeridianum tempus vigiliae Ascensionis Domini ab ipsa solemnitate. Pomeridianum tempus vigiliae corporis Christi, ipsa solemnitas cum die octava et Dominica infra octavam. Festum s.

Trinitatis, Nativitas s. Joannis Baptistae et s. Apostolorum Petri et Pauli et Thomae Apostoli natalitia cum pomeridianis temporibus Vigiliarum eorundem festorum, Assumptio B. M. Virginis, Visitatio, Purificatio, Annuntiatio, Conceptio, Nativitas a pomeridianis horis vigiliarum earumdem Solemnitatum. Festum omnium sanctorum, Dedicatio Ecclesiae Novae Zamoscensis et dies anniversari ejusdem, Natalitia omnium s. Apostolorum et Evangelistarum, Dedicatio s. Michaelis archangeli, quibus addetur festum s. Gregorii papae et doctoris Ecclesiae, Festivitas s. Adalberti, Festivitas Beatae Virginis Praesentationis, s. Augustini Episcopi et doctoris, Academiae Zamoscensis patroni. Translatio s. Stanislai. A vigilia Nativitatis Domini usque ad festum Circumcisionis inclusive. A dominica quinquagesima usque ad dominicam quadragesimae inclusive. A dominica Palmarum usque ad dominicam in Albis inclusive. Diebus rogationum antemeridiano tempore processionum causa prima hora tantum praelegatur, pomeridianis horis more solito peragentur omnia. Vigilia a tribus sequentibus diebus pentecostes. In exortu caniculae a die 20 mensis Julii tribus continuis hebdomadis, hoc est usque ad diem s. Laurentii Martyris inclusive. Inferiorum autem classium praeceptores a 27 mensis Julii usque ad diem Laurentii; his tamen duabus hebdomadis, quibus ipsi vacabunt sufficient adolescentes aliquos, cum in scholis inferioribus officium faciant et pueros ne negligant, erudiant.

4) Tempore studii Renovationis aestivae propter magistratus ineundos et apparatum lectionum, tam specimina ingenii exhibenda duae hebdomades a Calendis usque ad Idus Maji exclusive.

5) Tempore studii renovationis hybernae triduum, hoc est a festo s. Galli usque ad festum s. Lucae Evangelistae inclusive.

6) Omnibus item quintis feriis, intra totius Anni decursum pomeridiano ordinarie vacabit.

7) Haec de Festivitatibus sanctorum ac caeteris Academiae Zamoscensis feriis. Dominici dies feriarum... illi tantum, qui ab Ecclesia Romana Imae classis titulo insignuntur.

8) Dominicis autem secundae classis, ac caeteris omnibus per annum, nisi aliquid festum ex supra dictis in illis occurat, illis etiam ss. celebritatibus, quae superiori cathalogo recensitae non sunt, additis et ante meridiano tempore et pomeridiano, lectiones sacrae praelegentur, quae cuique ex professoribus a rectore injunctae fuerint, ita tamen, ut in sacris etiam tam graece quam latine et in superioribus et in elementariis classibus aliquid juventuti proponatur.

9) Scholae inferiores a Dominica quinquagesimae ferias agnoscent, usque ad diem cinerum inclusive. Paschae illas tantum quae decurrunt a feria quarta hebdomadae majoris usque ad feriam tertiam Paschae inclusive.

10) Diem Canicularium vacationum, quae serviat inferioribus classibus praescriptum superius servabunt.

11) A vigilia Nativitatis Domini usque ad festum Innocentium inclusive, caeterum solemnitatum ferias habebunt cum superiorum classium studentibus communes.

12) Sabbathivis diebus antemeridianis horis in aestivis .... surgentis Academiae initiis totius hebdomadae renovationes sint, quarto quoque sabbatho ... Mensis.

13) Sex Mensibus exactis semestris temporis, quo propter majorem commoditatem unius et alterius hebdomadae diebus sabbathivis dies Renovationis studii et hyberni et aestivi proxime antecedentibus, in praesentia rectoris lectiones renoventur.

14) Progressis adolescentibus in studiis philosophiae mediocriter, quaestiones proponentur ex omnibus philosophiae partibus ad disputandum, ut studentes etiam a professoribus more academico antemeridianis horis diei Saturni sese exerceant in disputationibus. Quo in genere exercitationis consuetudo Cracoviensis academiae laudatissima est, et inde videret esse sumenda. Pomeridianis horis sabbathis una lectione, eaque mathematica contenti (?) erunt.

15) Aestivae Renovationis studii Natalis Academiae dies Idibus Maji status perpetuis temporibus sit.

16) Renovationis hybernae dies, qui postridie s. Lucae Evangelistae occuret, id est 19. Octobris Status itidem habeatur.

17) Renovatione aestiva, quae incipiet a Calendis Maji usque ad festivitatem s. Stanislai apparabunt. omnia, quae videbunt. necessaria ad exhibenda specimina ingenii.

18) Postridie festivitatis s. Stanislai, quamvis Dominica aut solennitas aliqua incedat, exhibebuntur specimina.

19) Die sequenti, nisi itidem dies festus aliquis occurat, Magistratus academici mandabuntur professoribus.

20) Die, qui hunc consequetur, modo professus sit, ex inferioribus classibus juvenes ad superiores promovebuntur.

21) Reliquum temporis renovationis aestivae in apparandis lectionibus consumetur.

22) Pridie Idus Maji, sive festus, sive professus sit, Missae Solemni de Spiritu sancto interesse omnes in Ecclesia, de mandato Rectoris debent.

23) Idibus Maji in renovatione aestiva bonis auspiciis lectiones perpetuis temporibus in ....

24) Renovatione hyberna pridie s. Lucae, nisi dies Dominica occurat, caetero in ipso die s. Lucae Grammaticae et Poeticae studiosi ad classes superiores promovendi, pomeridiano tempore a decano examinabuntur et promovebuntur.

25) Dies s. Lucae publicae Missae de Spiritu s. more perpetuo Academiae Zamoscensi sacer esto, cui pro obedientia omnes et studentes et professores tenebuntur interesse.

26) Dies festum s. Lucae consequens renovatione hyberna auspicandis lectionibus, sive sacris, sive profanis perpetuis temporibus addictus sit.

De disciplina professorum.

1) Si aliquis ex professoribus lectionem, vel repetitionem totius hebdomadae lectionum Sabbatho debitam neglexerit, praeter aegritudinis, ne alia justa causa, toties 15 grossos persolvat superiorum, inferiorum 7 persolvet.

2) Si ebrius plane visus fuerit, vel quemquam injuria affecerit, delatus a bedello sex grossos reponat.

3) Si ebrius vel sobrius facinus aliquid domesticum patraverit, si laeserit aliquem convitio professorem ..... ordinis hominem, vel .... aliquid cognomentum indiderit, si tabernam viserit, et horeas duxerit, vel in genere indignum aliquid suo ordine egerit, quindecem grossis puniatur et parti laesae satisfaciat.

4) Si hora integra non legerit, duos grossos reponat, a Decano delatus.

5) Si expositionis Ciceronianae modum et rationem praescriptam tum aliorum authorum non servaverit, quantum in quopiam erit, a participatione illius pecuniae, quae promotionum et aliarum accessionum nomine collecta cedet inter professores, sejungetur.

6) Si aliquis professorum lectiones illas non profiteat, quae instrumento fundationis professioni illius designatae sunt, is et perjurii reus erit et a pecuniae supradictae participatione, etiam si rectoris et decani et quaestoris munus sustineat, plane alienus erit, illiusque tanquam perjuri et nullius praetii hominis loco movendi, vel potius excludendi jus habebit Universitas zamoscensis.

7) Rectoris jussu a Bedello in jus vocatus professor aliquis, si non paruerit primum inobedientiae reus sit. Si iterum vocatus non obedierit, contumaciae poenam incurrat. Si tertio non comparuerit, de absente tanquam de praesente sententia aequa feratur a Rectore, insuper et unum florenum solvat.

8) Si aliquis ex professoribus cujuspiam collegae honorem verbis vel literis laeserit, ad rectorem vocabitur ab illo, cujus existimatio in discrimen adducta est, apud quem ille qui dectrator habetur probare suae orationis veritatem tenebitur. Si probaverit, ille in quem vere dictum est aliquid curabit, ut omnes in posterum de se male sentiendi et dicendi occasiones praecidat. Ille vero qui immerito et innoxie litem intendere ausus est, florenum unum persolvet et publice eo loco ipso et tempore laesum reconciliabit.

9) Si aliquis professor officium sibi alterius vendicaverit, puta decanus rectoris, vel quaestor decani, aut rector utriuslibet, turbator habebitur et quidquid statuerit, irritum futurum est.

10) In consuetudine et vita communi, si aliquis ex professoribus, collegam suum publice procacitate orationis, aut aliquo insolentiae genere per malitiam laeserit, publiceque laesum reconciliabit; offensionem item privatam privata sequetur reconciliatio.

11) Professores et in convocationibus et in actibus publicis, in consultationibus etiam domesticis ordinem in sessionibus sententiisque ferendis servabunt, qui cujusque professori instrumento fundationis assignatus est; praeter primos academiae Zamoscensis fundatores, quorum unusquisque pro senio vocationis locum tenebit.

12) Ad mensam communem honeste omnes secundum ordinem vocationis accumbant, lectionem sacram attente audiant, contentiones, obscoenitates, ne pueris, si quos alent, scandalo et offensioni sint, magnopere vitabunt. Si secus fiat pro excessibus contentionum et obscoenitatum quinque grossos; qui authores fuerint alicujus istorum excessus, denos grossos persolvant.

13) Professores singulis dominicis diebus, pransi (?) vesperis peractis, dum a rectore judicium indicetur, antequam surgant et gratiarum actionem Deo reddant, tempus ordinarium deferendi ad rectorem injurias, si quas acceperunt habebunt. Judiciis peractis deliberationes de publico bono academiae instituant, ubi id cuique proponere licibet quod e re universitatis fore viderit, sub poena non contradicendi vel poena carentiae.

14) Pueri domestici professorum ut honestatem tam in vita et moribus, quam in sermone quotidiano conservent, diligenter illorum ipsorum Domini attendent. Si quid contra honestatem factum dictumque fuerit, dominum hoc nomine appelandi eumque monendi, quilibet professorum jus habeat, qui juste admonitus si iniquus fuerit, vel acerbe admonitionem tulerit, ad rectorem in jus vocari poterit.

15) Atrociores res judiciis et juri communi ac Regni, fundator reservat.

16) Professorum nemo, sive ecclesiasticis, sive civilibus muniis sesse ullo modo ingerere auderit, sine scitu et consensu rectoris et universitatis; si secus faxit, florenos duos persolvat.

17) Superiorum classium professores, si lectionum quas profitentur aliquas renovationes, semel, bis et pro arbitrio ac fide erga suos frequentius in hebdomada instituent, commune facere debebunt, professores alios, ut quos in sua cura habent juvenes sui sive renovationibus, sive examini interesse jubeant.

18) Philosophiae professor tenebitur parem atque eandem curam

adhibere, ut studiosi eloquentiae et Mathematicae ex aequo in suae disciplinae alumnis proficiant; hoc idem de eloquentiae et Mathematicae professoribus intelligitur.

19) Facultas unicuique professori erit privatim examinari studentes, non tantum in suae professionis quaque lectione quid didicerint, sed aliorum professorum. Sine tamen ambitione et contemptu alterius. Si aliquam contemptus significationem dederit, detractionis poenam incurrat.

20) Philosophiae professor logicis perlectis exercitia disputationum pari fide et studio, tam suis quam aliorum professorum alumnis injunget. Adolescentem cui id fuerit injunctum, tam publicus professor, quam praeceptor privatus, utrumlibet accesserit, consilio juvare tenebitur.

21) Eloquentiae professor exercitationes declamationum et styli, fide itidem et studio compari tam suis, quam aliorum professorum auditoribus assignabit. Consilio juvandi potestas et officium sit penes utrumque, id est penes et publicum professorem et preceptorem. Stylum preceptor quisque a suis exigere, cognoscere et emendare tenebitur, ne unum et eundem molestias emendationum perferre necesse sit.

22) Mathematicae professor pari fide et diligentia eloquentiae ac pholosophiae studiosos ac suos in sua facultate exercebit, qualecumque exercitii genus fundationis instrumento fuerit illi praescriptum.

23) Quotannis, ad ingeniorum specimina exhibebunt, in generali examine diei Natalis Academiae Zamoscensis, Mathematicae professor non suorum tantum auditorum exhibebit profectus in sua facultate, sed quantum etiam philosophiae ac eloquentiae auditores illo ductore profecerint, demonstrare tenebitur. Eloquentiae professor hoc idem ac auditoribus philosophiae ac Mathematicae efficere conabitur. Philosophiae professor in sua professione philosophica quantum et eloquentiae et Mathematicae studiosi ac suis pariter sint progressi compari fide et diligentia quantum superiores ad demonstrandum erit adstrictus.«

Na tem się kończy rękopism statutu Akademii z roku 1611. udzielony mi łaskawie z archiwum Zamojskich w Warszawie.

Statut ten był prawem obowięzującem professorów i uczniów akademii aż do roku 1684. W tym roku zmienionym został w niektórych paragrafach, jakto widzieć można z następującego prawa, uchwalonego dnia 11. Lutego t. r.

Actum in Academia Zamoscensi die undecima Mensis Februarii Anno 1684.

Cum ex vi facultatis ab Illustrissimo fundatore et legum academiae conditoribus Universitatis professoribus ad leges condendas, antiquandas vel immutandas .... fundatoris et post eum haeredum consensu relictae, corrigenda quaedam in regimine studii viderentur, ideo vel maxime ex motivo Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Martini in Zamoscie Zamojski, Palatini lublinensis, belsensis, płoskieroviensis capitanei, haeredis ordinati, patroni academiae juventissimi ad haec omnia negotia complananda et in bonum ordinem reducenda die supra expressa per Magnificum Stanislaum Niewieski, Philosophiae doctorem, physices professorem, protunc universitatis rectorem omnibus et singulis clarissimis ac Excell. DD. Professoribus fuit indicta convocatio, in qua tum reamsumptiones veterum, tum novas recti ordinis consuetudines infrascriptas, omnes DD. Professores pensitarunt, unanimi consensu susceperunt et in statuta vim legis habitura, combinationes ejusmodi legum et consuetudinum reduxerunt, ac Illustrissimo Domino Patrono et Haeredi praefato ad ratificandum porrexerunt. Et quidem primo:

De festis et silentiis.

1) Omnia festa et silentia legibus academiae descripta, observentur, addito hoc, quod ex consuetudine istius universitatis etiam pervigiliis eorum festorum, quae ad populum solemnia sunt, pomeridiano tempore a publicis lectionibus silendum erit, et per privatas unus actus et stylus tradendus. Ac insuper die conversionis S. Pauli ob nundinas; die s. Thomae Aquinatis, item diebus ss. Ambrosii ac Hieronymi, per publicas tantum, denique Festo B. Joannis Cantii, cum pomeridiano tempore diei praecedentis vacabitur a lectionibus publicis. Private autem dies Conversionis s. Pauli et festum B. Cantii observabuntur, item dies ss. Augustini et Gregorii.

2) Commutatione aestiva imminente ultima Aprilis non impedita per festum, dominicam aut sabbathum, alias eam praecedente, lectiones terminabuntur. Et de hinc vacabitur ... ad diem determinandam infra pro lectionibus inhoandis. Primi autem dies Maji pro speciminibus exhibendis secundum leges destinantur.

Decima die Maji Magistratus academiae eligentur et rector inauguratur, nisi fuerit impedita, alias ex tunc proxime sequenti. Die decima octava etiam in impedita examen privatarum scholarum inhoabitur per decanum Academiae.

Quarta autem die similiter libera (alias proxime sequenti) promovebuntur adolescentes ad classes superiores. Eodem die votivum

Sacrum de Spiritu S. cui tenebuntur adesse omnes DD. Professores et studiosi ad mandatum rectoris valvis academiae affigendum. Post meridiem vero dabitur DD. Studiosis publicis Convocatio per Decanum Academiae, ibidem ad valvas academiae pro eligendis lectionibus publicis intimabuntur, et in crastino (nisi festum, vel Dominica, vel sabbathum interveniat) inhoabuntur per omnes, sub poena negligentiae, alias si dies sit impedita, die proxime sequenti.

Haec autem commutationis circumscriptio observanda erit, etiamsi rector confirmetur seu reeligatur.

3) Dies caniculares, alias vacationes publici professores, perlectis mane lectionibus, pridie s. Margarethae incipient et usque ad festum s. Bartholomaei continuabunt. Sequenti autem die (nisi sit impedita, alias proxime imminenti) lectiones incipient.

Ex inferiorum vero classium professoribus, Rhetorices professor peractis antemeridiano tempore suis lectionibus, pridie s. Mariae Magdalenae, suos dimittet. Poeseos vero et analogiae a pomeridiano tempore vigiliae s. Jacobi vacare incipient. Omnes autem in Crastino assumptionis B. M. Virginis, nisi Dominica intercedat, scholas aperient, alias in crastino Dominicae.

4) Tempore renovationis hybernae, publicas lectiones a decima tertia Octobris inclusive cessabunt. Vigesima autem prima ejusdem mensis item renovabunt. Examen vero secundum rationem legibus descriptam, fiat.

5) A pomeridiano tempore vigiliae s. Thomae Apostoli silebunt lectiones publicae usque ad festum Epiphaniae inclusive, ita ut die sequenti, modo non sit impedita, lectiones inhoabunt. Privatae cum scholarum Magistri a vigilia Nativitatis Domini inclusive usque ad festum ..... Domini vocabunt; ita ut nisi secunda Januarii aliquatenus impediat, illa die docere incipiant, alias proxime sequenti.

6) A sabbatho Dominicae quinquagesimae usque ad Dominicam primam quadragesimae inclusive, publicae silebunt; feria autem secunda post praefatam Dominicam primae quadragesimae lectiones incipiant, nisi festo impediantur. Privatae autem a pomeridiano tempore ejusdem sabbathi praecedentis Dominicam Quinquagesimae vacabunt, et feria sexta post diem cinerum proxima mane scholae inhoabunt.

7) A die Sabbathi ante Dominicam Palmarum proximo usque ad Dominicam in albis ordinarie publici silebunt, et feria secunda ejusdem Dominicae in albis proxima legere incipient: nisi festum aliquod occurat. Privati autem a pomeridiano tempore feriae quartae hebdomadae majoris, seu sanctae, inclusive feriabunt. Feria vero quarta pascham sequenti, mane docere incipient.

Haec omnibus interrogatis, placuerunt.

De negligentiis professorum.

1) Professor omittens semel legere lectionem, grossis quindecem mulctetur. Si bis non legerit, in floreno uno condemnabitur, et sic in caeteris.

2) Similis poena negligenti privatarum classium professori irroganda.

3) Omissae lectionis causam rationabilem professor delatus per decanum circa tempora infra scripta: 1mo quidem circa rationes quaestorales, 2do circa festum Nativitatis Domini Uuniversitati in convocatione specialiter ad hoc intimanda, proponet et justificabit, et pro qualitate et quantitate omissionis mulctabitur, quam mulctam vi istius legis pati debebit.

4) Pecunia ex mulctis pro usu capellae Academicae seorsim per quaestorem deponetur.

[1]) Reverendissime Domine et frater plurimum observande! Salutem in Domino Jesu ac officiorum obsequiorumque meorum sedulam commendationem R. P. Vestrae defero. Quae mihi R. P. V. paulo ante perscripsit de Domini Doctoris Petri adventu, hoc Dominus Plotowski, Zeburci (?) praefectus obscurius hodie narravit. Advenisse hominem hunc ad nos, ut fertur, eruditum, mirum in modum gaudeo, juventuti terrae culmensis optime cupio. Simulque velim obtrectatoribus aliquando os claudatur, qui nos scholam culmensem perdidisse falso jactant. De pietate ac religione istius boni viri non est, opinor, quod dubitem, qui catholicorum literis commendatur, catholicum esse oportet. Neque id parvo argumento est, non eum abhorrere a catholica professione, qui ad R. P. Vestram Episcopum catholicum divertit. Cogitabam quidem apud me, num meos equos isthuc misurus sim, ne ille fortasse suos interea equos habeat, sed tutius esse arbitror et honestius etiam, ut pro eo meos equos mittam, quod infra paucos dies facturus sum. Modo apud R. P. Vestram expectet paululum. Non dubito quin R. P. Vestra ita hominem accipiat, ut illum in has terras venisse haud poeniteat. Ego ubi virum nactus fuero, dabo omnem operam, ut se apud nos gratiosum intelligat. Reverend. autem Pater. Vestrae majore quo possum studio ago gratias pro immensa in adipiscendo isto homine opera. Perscripsi ad ipsum litteras invitans, ut ad me veniret simul atque pro ipso misero. Quas litteras pro arbitratu suo, aut reddi ipsi, aut retineri jubeat rogo, uti R. P. Vestrae commodissimum videbitur.

Lubaviae 20. Februarii Anno Domini MDL. VIII.

Joannes Episcopus culmensis.

Wśród zatargów biskupa z stanami pruskiemi o szkołę chełmińską, biskupi udali się pod protekcyą króla. Poświadczają listy króla Zygmunta — mówi Łożyński — (d. d. Vilnae 8 i 13. Marca 1542. roku), iż biskupi w sprawie szkoły chełmińskiéj (pro schola restauranda) odwoływali się do króla. Obrani byli od króla opiekunami szkoły biskupi chełmiński i warmiński, którym miano składać rachunki z dochodów rocznych szkoły. List króla Zygmunta starego, z d. 8. Marca 1542. r. ważnéj jest treści do historyi téj szkoły. Jest w krajach naszych ziemi Pruskiéj — mówi monarcha — miasto Chełmno, własność biskupa chełmińskiego. Była tam niegdyś szkoła sławna, z któréj wyszło wielu ludzi uczonych, do sprawowania dostojeństw kościelnych i świeckich zdatnych. Ta szkoła jużto z przyczyny wojen pruskich, jużto herezyi w Niemczech wynikłéj, dawniejszą świetność utraciła, a z licznéj dawnéj młodzieży, dziś nic się prawie niepozostało. Jako król katolicki, mieliśmy to sobie za powinność zakazać szukać wykształcenia w Niemczech, kraju tylu sektami rozerwanym, aby przy oświecaniu rozumu nie tracić zbawienia duszy. Dla tego księdza żonatego, który w Elblągu, mieście naszem, szkołę otworzył, ztamtąd uchyliliśmy, ponieważ nasiona herezyi rozsiewał. Pisali nam radzcy nasi Ziem Pruskich, iż żadnéj niema szkoły i wielki jest brak proboszczów i zakonników. Mówią, iż się udali do obudwóch opatów w Pelplinie i Oliwie rezydujących, końcem uzyskania od nich wsparcia dla szkoły chełmińskiéj, aby zapobiedz niedostatkowi księży; ale bezskutecznie. Udają się więc do mnie, abym tychże powagą moją królewską do płacenia małéj zapomóżki zmusił. Nie mając żadnego prawa do zmuszenia ich, proszę Was o wstawienie się do Ojca ś. aby mocą swoją Opatów do płacenia 600 dukatów rocznie przez lat 20 ku podniesieniu szkoły przywiódł i biskupom płockiemu, warmińskiemu i chełmińskiemu zalecił, aby w przypadku wzbraniania się opatów, mocą swą apostolską i kościelnemi karami do płacenia rocznéj summy 600 dukatów zniewolili. Summę zaś tę możnaby zmniejszyć, gdyby się

miała zdawać za uciążliwą. Za patronów szkoły ustanawiamy biskupów chełmińskiego i warmińskiego, którym z rocznych szkoły dochodów ma sprawa być zdawana.[1]) — Szkoła jednakże chełmińska niepodniosła się bynajmniéj z swego upadku i z wyższéj stała się elementarną. W takim stanie przetrwała cały wiek 17sty. Na próżno ją usiłował podźwignąć synod chełmiński pod dyrekcyą biskupa Działyńskiego r. 1641. złożony, zalecając, aby prowizorowie szkoły sprowadzili do niéj zdatnych nauczycieli z akademii krako-

[1]) Sigismundus etc. — In terris nostris Prussiae oppidum est Culma ditionis Epi. Culmen. in eo fuit aliquando Ludus celebris, ex quo multi homines instructi prodierunt, et ad ecclesiastica et prophana munera obeunda idonei, is ludus temporum invidia cum propter bella quae in Prussia gerebantur, tum propter haereses in Germania exortas ad nihilum prorsus jam redactus est, atque ubi magna olim frequentia fuit, ibi nunc ingens est solitudo. Quoniam vero pro Catholici regis officio ediximus hominibus nostris, ne quis propter ingenii cultum capiendum in Germaniam tot sectis misere dissectam proficisci auderet, quod si quos processus in literis istis fecissent magno id cum periculo animae consecuturi essent, una etiam conjugatum quaendam sacerdotem, qui in oppido nostro Elbingen. ludum aperuerat inde exturbavimus, quod quaedam ibi haereseos semina spargere diceretur. Scripserunt nobis Consiliarii terrarum nostrarum Prussiae cum nullus amplius sit in terris his ludus literarius, et ecclesiis parochos, et monasteriis monachos deesse, ita ut nisi mature provisum sit, ingens futura sit, et parochorum et Monachorum penuria, illud una significarint certam pecuniam jam esse per se destinatam ad ludum Culmen. restaurandum. Quoniam vero duo sunt praedivites in terris Prussiae Abbates Oliven. et Peplinen. quorum maxime interest Ludum hunc restaurari, quod pauci in his monasteriis Monachi supersint, nisi prospectum hac ratione sit, nulli brevi reliqui futuri ab his, itaque se postullasse, ut aliquid ipsi quoque in ludum hunc restaurandum subsidii darent, id eos constanter negasse. Suplicarunt itaque nobis, ut eos authoritate nostra regia ad dandum aliquod pecuniarum subsidium cogeremus. Cum autem nihil juris in eos usurpare nobis soliti sumus, quos jurisdictioni nostrae non subesse intelligimus, a Rma Paternit. vstra petimus, ut ipsa apud sanctissimum Dominum nostrum authoritatem suam interponat, quo edicto suo Abbates hos compellat, ut sexcentos ducatos ad vicessimum modo annum pro Ludo restaurando tribuere quotannis teneatur, atque una

wskiéj.[1]) Dopiero na samym schyłku 17go wieku Jan Faber, proboszcz chełmiński, uskutecznił to, co synod Działyńskiego zalecał. Sprowadził roku 1692. professorów z akademii krakowskiéj, któréj szkołę pod zarząd oddano, i była ona odtąd kolonią akademicką. Łożyński tak o tem opowiada: Jednym z najtroskliwszych o dobro szkoły proboszczów chełmińskich był Jan Faber; on to zaprowadził nowy porządek rzeczy i szkoła odtąd miała nazwę: Gimnazyum akademiczne 1692. r. Podzielono szkołę na 4

loci ordinario Vladislavien. et vicinis plocen., Varmien., Culmen. Epis. mandet. Si forte recusent abbates isti summam hanc pecuniae in singulos annos numerare, ut eos ad id faciendum censuris ecclesiasticis authoritate apostolica adigant, ita tamen ut potestas penes eos sit, de hac summa aliquid detrahendi et eam moderandi. Si forte facultates eorum ferre non viderint tantum ut pecuniae tribuant quotannis. Conservatores autem scholae hujus constitui velimus Varmen. et Culmen. Epos pro tempore existentes, ut iis ratio reddatur, de omnibus scholae istius annuis proventibus. Quid si res haec Rmae Paternit. vestae curae fuerit et nobis rem gratissimam fecerit, et de ecclesiis terrarum nostrarum Prussiae praeclare merita fuerit, quam diu incolumem vivere optamus. — Datum Vilnae die VIII. Mensis Martii, Anno Domini MDXLII. regni vero nostri anno XXXVI.

[1]) **De schola culmensi statui pristino restituenda.**

Si quo in loco de scholis desertis excitandis et restituendis, cura cogitatioque est suscipienda, certe et hoc episcopatu nostro vel maxime, qui intra viscera sua populum diversarum haeresum contagione infectum, continens, tanto fortioribus doctrinae salubrioris remediis et praeservativis, quae in scholis catholicis reperiuntur, indiget, quanto periculosius intrinsecum errorum malum, semper esse consuevit. Verum cum eam cogitationem ob praeteriti belli Prussici et pestillentiae incommoda, ac summam bonorum vastationem ad effectum deduci hoc praesertim rerum statu sit difficile, unam saltem culmensis civitatis, olim celeberrimam, a silentio excitandam ac vigori pristino restituendam existimavimus. Volumus ergo et ita praesentis Synodi authoritate ordinamus, ut scholae hujus provisores, Magistros idoneos ex Academia cracoviensi ad eam invitent, studio pro exigentia loci et personarum tractari faciant at quae a sede apostolica sibi habeant concessa privilegia, illa non sinant otiari.

klassy; pierwsza i najniższa, *grammatica*, druga *syntaxis*, trzecia *poesis*, czwarta i najwyższa *rhetorica*. Głównym przedmiotem była łacina. W r. 1692. przydano klassę przygotowawczą, *infimę*, téj w r. 1695. poddano *subinfimę* i klassę elementarną *proforma*. Składała się więc szkoła z 7 klass.

Proboszcz Faber i o zewnętrzne dobro szkoły troskliwy, powiększył jéj dochody korzystniejszem wydzierżawieniem wsi szkólnych, uposażył trzy nowe posady dla professorów, i powiększył muzykę kościoła farnego. Czynny i zasłużony ten mąż nowe ustawy dla szkoły wypracował, które przez biskupa Opaleńskiego potwierdzone, od wszystkich następców jego aż do Leskiego utrzymane zostały. Za jego naleganiem powołano po pierwszy raz professorów z Krakowa do poetyki i retoryki. W klassach niższych uczyli klerycy. Pierwszy professor przez Fabra z Krakowa powołany był Grzegorz Gorczycki, w Pradze doktoryzowany. Przybył do Chełmna razem z kollegami, także doktorami w r. 1691. Dopiero w r. 1692. o zewnętrznem urządzeniu szkoły bliższych można zasięgnąć wiadomości. Znajduje się bowiem spis w bibliotece szkoły miejskiéj (dawnéj akademii): *Nomina studiosorum acad. gymnasii Culmensis restaurati anno* 1691. Ten spis prawie bez przerwy kontynuowany aż do roku 1816.

Od roku 1709. do 1710. retoryki nie było z przyczyny spustoszenia dóbr szkólnych przez Szwédów i powietrza morowego od roku 1708—1711. Dla tego też aż do roku 1726. nie więcéj było w 7 klassach uczni w przecięciu nad 70. I od r. 1733. do 1735. nie było retoryki, bo wojny owczesne sprawiły, iż professorom pensyi nie płacono.

W roku 1716. powołał magistrat z Krakowa na professora retoryki i poezyi Wojciecha Ciechanowskiego Doktora filozofii, który przez pięć lat z chlubą urząd swój sprawował. [1])

[1]) Mając w ręku panegiryk jego pod tytułem: *Lilium virtutum et meritorum odore fragrantissimum e celeberrimo Galiae*

W roku 1723. nastąpił po nim Marcin Studziński Doktor Filozofii i był professorem przez cztery lata. Oddalił się z Chełmna nie wiadomo dokąd i jak.

W roku 1728. nastąpił po nim professor retoryki Franciszek Stemplowski, doktor filozofii. Niechcąc się poddać prawom szkoły i niechcąc zdać wyznania wiary, nieposłuszny prowizorom szkoły, usunięty został z urzędu i odesłany do Krakowa.

Od roku 1730. niepowoływał magistrat więcéj professorów z Krakowa. Z Wrocławia przybył Antoni Carney, Doktor filozofii i bakalarz teologii, który złożywszy wyznanie wiary, trzy lata był professorem poetyki i retoryki.

W roku 1733. przyjął na wezwanie magistratu professurę retoryki i poetyki Tomasz Adempski, doktoryzowany w akademii wileńskiéj, koadjutor kanonii przy katedrze chełmińskiéj, późniéj aktualny kanonik.

Od roku 1737. i 1739. miał professurę retoryki Jakób Surowiecki, złożywszy wprzody na rozkaz rektora akademii krakowskiéj wyznanie wiary przed prowizorami szkoły. Czczony i lubiony od wszystkich musiał opuścić miejsce dla braku funduszów.

W roku 1740. missyonarz zastępował miejsce professora retoryki. Dwa lata późniéj powołał magistrat z Kra-

---

Lilieto in novennocolle Culmae viriadiarium transplantatum Venerabilis et eximius servus Dei Vincentius a Paulo Fundator Congregationis Missionis pientissimus. In obitus ejus anniversario. In academia culmensi Anno Domini 1720. *die* 27. *Septembris Exercitii Studiorum causa pro Sabbatina explicatum, luci vero publicae a M. Adalberto Hiacyntho Ciechanowski Philosophiae in alma Universitate Cracoviensi Doctore, ibidemque Scholae SS. Omnium seniore ac interea in Culmensi Academia Rhetorices Professore et studii directore, Praesentatum. Thorunii Impr. Joh. Nicolai Nobil. Senat. et Gymn. Typograph.* — folio; wątpię, aby (jak Doktor Łożyński utrzymuje) *z chlubą urząd swój sprawował.* Może w karności utrzymywał młodzież, ale jéj nic użytecznego nauczyć nie mógł, jakto sam tytuł napisanego przezeń panegiryku rozsądnemu czytelnikowi wskaże.

kowa professora retoryki. Jan Balanowski, kandydat *primae laureae* przysłany, niechciał się poddać przepisom szkólnym i wróconym został uniwersytetowi.

Ciągłe te zmiany nauczycieli i zatargi z przysyłanymi z Krakowa, nie mogły wywrzeć zbawiennego wpływu na podniesienie szkoły. Akademia przestała przysełać nauczycieli; magistrat musiał więc powierzyć wakujące katedry kapłanom miejscowym lub klerykom. Tak było od roku 1743—51. Za przyczynę dla której z Krakowa akademików już nie brano, przytaczają: że wielu professorów z Krakowa powołanych niechciało się poddać przepisom szkólnym, ani też złożyć wyznania wiary. Proboszcz chełmiński obarczony swemi obowiązkami, nie mogąc się zająć należycie szkołą, złożył ten urząd, a z pozwoleniem prowizorów ksiądz missyonarz został prefektem szkoły. Akademicy, niechcący uznać prefekta nakłonili akademią krakowską, żeby nieprzysełała professorów do Chełmna, dopóki niezawisła wcale administracya szkoły, nie podda się pod jurysdykcyą rektora akademii krakowskiéj. Dla uniknienia na przyszłość zatargów i niesnasek między szkołą a zwierzchnością miejską, postanowił rektor akademii krakowskiéj przedstawić każdemu professorowi do Chełmna odchodzącemu, iż ma, podług uchwał synodalnych i postanowień biskupa chełmińskiego, złożyć wyznanie wiary i zobowiązać się w rzeczach szkólnych zwierzchności miejscowéj i proboszczowi chełmińskiemu do posłuszeństwa przed zaczęciem urzędowania.

W roku 1751. udał się magistrat chełmiński do akademii krakowskiéj z prozbą o rektora. Przysłanym został Wojciech Barański, który się pisał doktorem filozofii i sztuk wyzwolonych, prefektem akademii, professorem retoryki i poezyi. Przewodniczył szkole do r. 1755. w którym nastąpił po nim Jan Kanty Płecki, doktor filozofii, professor grammatyki i infimy. Najświetniejsza epoka[1]) szkoły za-

[1]) Zdanie to Dr. Łożyńskiego potwierdza drukarnia chełmińska wydając dzieło Jakóba Czechowicza: *Praktykta kryminalna*

czyna się od roku 1756. Albowiem w tym roku zaprowadzono w niéj kursy filozofii i prawa. Tak podwyższonéj szkoły (właściwą akademią nigdy nie była) pierwszym rektorem był Stanisław Mrugaczewski, Doktor filozofii; objął urzędowanie dnia 16. Października 1756. i wykładał prawo; był tu do roku 1759. Odtąd bez przerwy aż do roku 1776. to jest aż do czasu, kiedy Prusy od Polski odpadły, przysełała akademia krakowska do szkoły chełmińskiéj swoich nauczycieli. Następcami jego byli: Stanisław Mamczyński d. o. p. od roku 1750 — 1763. Kazimierz Stęplowski d. t. od r. 1763—64. Wojciech Biegacewicz d. t. od r. 1764—65. Kazimierz Stęplowski powtórnie od r. 1765—66. Jakób Marciszowski, d. o. p. od roku 1766—67. Kazimierz Stęplowski po trzeci raz od roku 1767—69. Antoni Żołędziowski, d. t. i o. p. od roku 1769—1771. Jakób Marciszowski powtórnie od r. 1771. do 73. Jan Rygalski d. t. od r. 1773—74. Antoni Chrzanowski d. t. od r. 1774—75. Jędrzéj Lipiewicz d. o. p. od r. 1775—76. Antoni Żołędziowski od r. 1776—79.

Dalsze dzieje szkoły chełmińskiéj, którą Rząd pruski na progimnazium, a późniéj na wyższą szkołę miejską zamienił, nie należą już do mego zakresu.

Szkoła najliczniéj była uczęszczaną w ostatnich latach panowania Augusta III. W roku bowiem 1762. liczyła 196 uczniów.

Uposażeniem szkoły było, jakem wyżéj powiedział, do-

r. 1769. gdy w dedykacyi dzieła tego Magistratowi chełmińskiemu mówi: »Oto teraz w większéj już liczbie przybywają tu z najpierwszéj a powszechnéj królestwa Polskiego szkoły (akademii krakowskiéj) godni i mądrzy nauczyciele! Oto oprócz zwyczajnych dawniéj, przyczyniło się nauk geometryi, filozofii i jurisprudencyi! Oto i z samych uczniów tylu jak się udało! że jedni pięknie zdobią duchowne stany, inni godnie sprawują urzędy świeckie, inni wielką wielu o sobie nadzieję czynią. Któż tego wszystkiego nie uznaje? a więc daléj nie przyzna, że co się zaszczepiło za pierwszych Chełmna rządzców i za późniejszych znaczny wzrost wzięło, to za was teraźniejszych pożytecznie już kwitnie i owoce wydaje.«

bra Gogolin i Steinweg, tudzież młyn w Wabczycach. Prócz tego miała ona jakiś legat 540 grzywien wynoszący, dany jéj na początku 16go wieku przez Galimackiego. Dla zabezpieczenia stałego dochodu wypuszczano dobra szlachcie zawsze na lat trzydzieści. Takowe kontrakty dzierżawy są z r. 1594. z potwierdzeniem biskupa Piotra Kostki dla Gołębiowskiéj, alias Zarembinéj; Jana Kuczborskiego, biskupa chełmińskiego dla Rokitnickiego. Prócz tych byli dzierżawcami: Sudrawski, Robelski, Turski, i Waldmann aż do r. 1651. Są jeszcze inne kontrakty biskupów Jana Opalińskiego z r. 1691. Seweryna Szczuki z r. 1718. Tomasza Czapskiego z r. 1731.

Magistrat chełmiński, jako patron szkoły z przyczyny darowanych przez siebie dóbr, dwóch prezentował biskupowi prowizorów. Trzecim prowizorem ze strony biskupa był proboszcz chełmiński, zastępca rzeczywisty biskupa (delegatus natus Episcopi). Ci trzéj tworzyli prowizorat szkoły, mieli zarząd naukowy i ekonomiczny i rozstrzygali sprawy cywilne. W sprawach kryminalnych magistrat rozstrzygał i w wydzierżawianiu dóbr był radą i czynem pomocnym. W sprawach ważniejszych prowizorowie odwoływali się do biskupa; np. w r. 1748. gdy w skutek powodzi Wisła groble przerwała, żądało miasto, aby i wsie szkólne przyłożyły się do naprawy. Wzbraniali się prowizorowie, lecz biskup d. 5. Września 1748. roku pomodz nakazał.

Kończąc tę wiadomość o szkole chełmińskiéj dodać jeszcze muszę, że w roku 1538. był przy niéj nauczycielem jakiś *Uranopluvius* (może: Regenstern). Ten w liście dnia 14. Sierpnia t. r. pisanym, prosi Jana Dantyszka, biskupa chełmińskiego, sławnego poetę łacińskiego o uwolnienie od obowiązków i tak list kończy: *Egi comoediam sub calendis Januarii in ipso die divi Joannis in praetorio Culmae, ubi bonis litteris nullus honos habetur.* Z tego okazuje się, że żaki w szkole chełmińskiéj w 16. wieku, zapewne kilka razy do roku dyalogi dla bawienia publiczności odgrywały.

Wkrótce przed pierwszym podziałem Polski zesłała akademia krakowska do Chełmna uczonego Jacka Przybylskiego na professora poetyki i wymowy.

Nim Akademia krakowska objęła ster szkoły chełmińskiéj, rządziła ona się następującemi ustawami, nadanemi jéj przez biskupów chełmińskich.

CANONES ACADEMICI

Pro R. R. Dnis Academiae Culmensis Professoribus, ad majorem juventutis studiosae fructum, compilati.

Proemium.

Noverint Rndi Dni Professores esse: Artem Artium, regimen animarum, omniumque divinorum opus divinissimum. Respectu tamen floridae aetatis exercetur isthaec ars quemadmodum fructuosius, ita multo periculosius regenda magis est fervida adolescentia, *Terentius*. Haec est illa tabula rasa, cui quidquid committitur semel, eraditur vix, aut nunquam. Hanc alioquin in orbe sapientissimus Salomon penitus ignorabat artem, viam (videlicet) viri in adolescentia. Nihilominus eadem scriptura divina teste: Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea: utiq. sive probo, sive improbo tramite, quibus olim pedes institerint juveniles. Et iterum bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Immensum igitur thesaurum inaestimabile depositum sibi in discipulis concredi recogitent quod Deo, ecclesiae, fundatoribus, reipublicae, posteritati, suae ac discipulorum saluti cum faenore restituere tenentur amplissimo. Ad hoc illos tam ratio justitiae, (siquidem stipendium inde reportant) quam teneritudo propriae conscientiae valentius exstimulabit. Igitur quia finis prior est in intentione et posterior sui assecutione sequuntur.

Concernentia virtutum studia.

1) Omnem laborem suum circa juventutem studiosam ad majorem Dei ter optimi maximi gloriam, non ad intumescentis fastus cujuspiam, enim vero scientia (apostolo teste) inflat, jugiter ordinabunt; idemq. discipulis suis, ne tantus ac tam diuturnus illorum labor in ventum abeat, sedulo inculcabunt.

2) Quia nomenclatio studiosi, propriae virtutis et duntaxat abusive literarum sectatorem denotat, exinde sciunt Rndi Dni Professores imprimis palaestram virtutis, post haec vero scholam se tractare literariam. Plus igitur conscientiarum, quam scientiarum rationem habebunt reddendique inprimis, quae sunt Dei Deo, et deinde quae sunt Caesaris Caesari, effingantq. ex utroq. Caesares.

3) Invigilabunt itaq. sedulo quomodo se discipuli gerant domi, cum quibus conversentur: nam (cum bonis boni erunt, cum sanctis sancti erunt, et cum perversis (quod absit) pervertentur) an non otientur, grassentur poculis, chartifoliorum similibusq. ludis auream juventutis terant aetatem, an menstruas caeterasq. statutas confessiones persolverint, num missis, congregationibus caeterisq. devotionibus debito modo ac loco intersint, ad hoc procurandum ipsi personaliter interdum attendent.

4) Curabunt Rndi Dni Professores ut pro confessionibus melioris commoditatis ac dispositionis gratia, pridie accedant discipuli cum schedulis, nominis, cognominis, scholae, anni, mensis, diei, quas schedulas statim eodem vespere Rndus Dnus Syntaxeos Magister ab omnibus Rndis dominis confessariis indilate exposcet, ut eas et ipse et alii R. R. Professores diligenter in schola examinent. Quem modum pridie confitendi, non solum in menstruis, sed aliis quoq. communibus confessionibus observari studebunt. Notandum summopere, ut praecipue in minoribus scholis, praesertim vero in infima quam creberrime, precipue ante confessionem peragendam de periculosissima peccatorum apud confessarium celatione inculcetur gravissimaq. animae pernicies ac sacramentorum profanatio identidem puerilibus animis proponatur. Fiant solidae instructiones in infima frequenter de requisitis conditionibus ad validam ac fructuosam confessionem sacramentalem: omnibus commendetur; ut unum probum, doctum, confessarium eligant, quem citra necessitatem minime mutent.

5) Die vero Communionis sacratissimae, in congregatione congregatistae una cum tyronibus a Rndo Magistro Syntaxeos juxta consilium Rndi Dni praefecti congregationis disponentur. Minores vero (si non advocentur ad congregationem pro hoc actu) disponentur a Rndo magistro infimae. Accedant vero ad Communionem semper ordinate per paria, aut ad summum quatuor tantum, tenentes mantile de sacristia, vel si habent proprium de congregatione cum assistentia mareschalcorum, omnimodo cum modestia, devotione ac reverentia, cui Rndus Magister Syntaxeos invigilabit.

6) Locus, ordo consvetus flectendi, aut commorandi in ecclesia tempore sacri, vesperarum, concionis, supplicationum, etc. non immutabitur, sed ut omnimodo a discipulis servetur modestia, ne garriant, ne rideant, circumspiciant, aliterve insolescant, aut in otio tempus divinum actionesq. sacras insumant, quam diligentissime providebunt. Ad hoc juvabit, ut quilibet discipulorum, coronam, rosarium, aut libellum semper in manibus tunc habeat, non ob Rndi magistri aut sui censoris, sed ob divinum solumq. modo respectum, quod crebro juventuti commemorandum. Identidem quoq. loci sacri reverentia condebita eisdem proponenda.

7) Minores vero infimistae, grammatici, syntactici, sine scitu Rndi Dni Praefecti, ad scamna pro devotione nequamquam admittantur. Humaniorum vero scholarum in solito, patulo loco, non autem in choro, aliisq. latebris (quae petulantiis patrocinantur) devotioni intersint, aliterq. facientes puniantur, ut absentes. In primo sacro, supplicationibus, missa congregationis, primo loco ad crates Dni rhetores, deinde Dni poetae, et consequenter juxta dignitatem classis, reliqui directe ad altare, non vero a lateribus, devotioni cum omnimoda modestia ac exemplaritate assistent, nam a bove majori discit arare minor.

8) Quotiescunq. sanctissimum sacramentum exponitur, sive in missis, sive in vesperis, aut processionibus, generaliter omnes scholae aderunt. In missis etiam majoribus (vulgo summis) audito congregationis sacro, ac Concione, Dni rhetores ac poetae poterunt domum petere. Alii vero omnes maxime vero parochialistae integris summis quibuscunq. aliisq. parochialibus devotionibus devote assistent, exceptis matutinis, praeterquam in nativitate et resurrectione Dni, ad quae omnes obligantur. Nihilominus ministrantes etiam pro quibusvis matutinis assignabuntur juxta festorum qualitatem v. g. diebus dominicis pro matutinis aut similibus minus solemnibus festis determinentur duo, pro primae classis sex, pro summis tamen et vesperis augeatur inservientium numerus, respective ad festi solemnitatem concioni omnes adesse tenentur.

9) In sacristiam non nisi ministrantes conveniant, ibi clamores, confabulationes, caeterasq. insolencias non exerceant. Ministrantes quoq. tam hebdomadarii, quam pro festivis diebus, ordinate in sacristia ad parietem in schedula ac propria schola tempestive describantur, in charta et punctualiter pro ministratura adsint. Caveant (quantum possibile) nudipedes aut notabiliter laceros, vel etiam socios itineris Rndis DD. sacerdotibus, mittant. Ex syntaxi et grammatica inchoabunt ministrare mense Septembris, ex infima mense Octobris, et sic alternatim integro anno consequenter. Pro festis tamen Imae classis majoribusq. per annum celebritatibus, ministrabunt pro summis ac vesperis utrisq. Dni Rhetores ac poetae, de hoc vero a Rvdo Magistro minorum scholarum Rndus Dn. professor rhetorices mature avisabitur. Summo id sibi omnes ducent honori, ministrare illi, cui summa reverentia ministrant angeli cuiq. servire regnare est.

10) Procurabunt pariter Rndi Professores, ut tempestive discipuli sui ad devotiones confluant, exstimulando eosdem, ut sibi reciproce a summo omnium bonorum largitore Deo benedictionem praeripere satagant, ut citius aliis convolent, tardiusq. suis condiscipulis egrediantur ex ecclesia, saltem ne ante plane finitam devo-

tionem effugiant; intrando et exeundo venerabile sacramentum tanquam omnigenarum virtutum et sapientiae oceanum visitent; Idem Sanctissimum cum a sacerdote transportatur, devotissime omnes ad altare ducant et reducant. In cantu praecipitantiam, dissonantiam evitent, organis studiose se accommodent, unus alteri tonum non praeripiat, verbo in cantu plurimum sint consonantes, in oratione non nimium vocales, alias clamosi, nam non clamans sed amans cantat, vel orat in aure Dei. Quod ut fiat unus a Rndo Dno Professore rhetorices assignabitur, vel etiam duo, qui cantum incipiant ac moderentur.

11) Diebus dominicis, aliisque diebus festivis, grammatici, reliqui et omnes majores ad congregationem punctualiter ipsa hora 7ma matutina conveniant. Infimistae vero cum parochialistis (vulgo passeribus) preces matutinas juxta ordinationem Rndi magistri absolvent, quibus etiam idem Rndus Magister adesse studebit, fietq. hoc statim post absolutam votivam missam, quos ibidem orationibus scilicet Pater, Ave, Credo, decem Dei praecepta, Actus fidei, praecipuos de trinitate sanctissima, de Xto incarnato, passoq. ad id breviter compositos, matutinasq. preces recitando clare audiet similiq. pietate occupabit, aut brevissime quid spirituale illis insuper loquetur, sit et hoc totum circiter et dimidia hora ac postea illos cum silentio et modestia (ne turbentur congregatistae) educet e schola ut sumpto ientaculo mature conveniant ad processionem et summam, a prandiis diebus dominicis humaniores scholastici una cum syntacticis controversiis, minores catechismo scholastico diligenter intererunt. Ipsa hora 2da usq. ad finem concionis pomeridianae, ne vero citius aut tardius egrediantur unus e poetis circa finem mittatur ut attendat, et egrediantur tempore suo omnes scholae ordine, neve concionatorem interturbent, lateralibus foribus a Ssmo sacramento sine strepitu ecclesiam modeste adibunt. Diebus vero festivis, minores scholae convenient mature pro catechismo ad ecclesiam, reliqui vero pro vesperis ac supplicationibus. Notandum quod Rndus Magister Infimae ante Catechismum hunc teneatur de more personaliter convocare suos ad regestrum, et postea illos ducere ad ecclesiam.

12) Diebus sabbativis et ante omnia festa habeat a prandiis quadrante post 3tiam a Rndis professoribus, brevis et energica exhortatio ad discipulos suos v. g. de vanitate mundi, de felicitate boni christiani, servi Dei, bonae conscientiae, et e contra, de novissimis, de fugiendis pravis consortiis, de conservatione innocentiae baptismalis, de gravitate, horrore, ac fuga peccatorum, de impudicitiis, v. g. tactibus obscoenis, sui et cum aliis, cogitationibus faetidis, aspectibus mulierum, si nescis: oculi sunt in amore duces

Tibullus; sunt oculi scopuli titulo meliore vocandi. Heu! quibus allisae tot periere rates. *Ovidius*

Sed de materia lubrica cautissime, de castitate nonnisi castissime loquantur, ne peccata ignorantes doceantur, deterreant tamen instantissime ab hujusmodi obscoenitatibus a teneris (ait poeta) assvescere multum est. Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu, quem infernalem odorem libidinis in multis peccatoribus ne ignis quidem aeternus unquam excoquet; mentio enim fieri poterit in tali spirituali sermocinatione de pretio et periculo vocationis divinae ad statum. In hujusmodi vero exhortationibus coram juventute annitentur praecipue congrua proferre exempla ac similitudines, quia his escis mire haec aetas inescatur, catechismus Canisii a minoribus scholis, sabdatis addiscatur.

Concernentia studia literarum.

1) Curabit R. Professor ut punctualiter scholae suae intersit, ab illa sine licentia A. R. Dni Praepositi neutiquam aberret. Libros in ordine scholastico pfixos fideliter ac graviter discipulis captui conformiter explicet ac sedulo inculcet, tunc enim partes sui muneris perfecte obibit, si haec omnia juxta scholae rationem, probe possideant. Quo ad scholasticas compositiones aut scripturas attendet diligenter Rndus professor (quod valde notandum), ne discipulis suis sine praevio suo labore solummodo dictentur occupationes hujusmodi a DD. Inspectoribus, grandis haec foret ruina temporis ac gravis sumptuum jactura. Inquirant itaque a suis discipulis iidem DD. Inspectores de pensis, explicatione, instituantq. fideliter repetitiones in hospitiis tum explicationis, tum occupationis. Inquirat Rndus Professor prudenter, an non nimis aspere aut indulgenter ab iisdem DD. inspectoribus tractentur, quod si quid simile deprehenderint de hoc R. D. Professores rhetorices, et si opus fuerit A. R. Dnum Praepositum, aut prius ipsius in hoc R. Dnum vices gerentem informabunt.

2) Columbae, piscationes, discursationes, absentationes interdicantur discipulis serverissime. Nam per pisces et aves, multi periere scholares; occupationes non sint nimium longae, nec nimium breves (habita tum scholae, tum discipulorum capacitatis ratione) sublimes ac per consequens steriles ac inutiles, pensandum mature, quid valeant humeri, quid ferre recusent. In minoribus scholis tunc erunt lucubrationes optimae si regulis alvari, praesertim vero praesenti ejusdem explicationi fuerint congruentes. Characterem diligenter in discipulis suis observabunt RR. professores informabuntq. Id circa feriis 5tis (si recreatio concedatur) loco occupationis consuetae pro feria 6ta in minoribus classibus exercitium characteris ordinarie assignabitur ac postero die examinabitur

curam habeant accentuum, commatum, etc. in omni scriptione constructioni suae classi conformi plene condiscendae plurimum Rndus professor allaborabit. Ne vero papyrum frustra conscindant discipuli pro hujusmodi scriptionibus, consvetae occupationes quotidianae domesticae (pluribus diebus exceptis) in 8vo folio et scholasticae in 12mo munde conscribentur, et debito abscindentur. Munera (quae oculos excaecant, alioquin etiam Lynceos) aut pensiunculas extraordinarias, minime Rndus Professor affectabit, ultrò tamen oblata cum discretione acceptare licebit. Ad scholam vero (absit) ut quidpiam cibi vel potus sibi afferatur.

3) Quilibet R. professor habebit librum aliquem v. g. in 4to lineis distinctum, in quo nomen, cognomen, initium studii, absentias, notabilem profectum vel contra; item specialem annotabit excessum: si e schola recedat, egressum hunc causamq. illius mox Rdus Dn. in hoc vices gerenti significabit. Suadebitq. juventuti ne temere ac inurbane sine consilio, scitu RD. ejusdem vices gerentis, studia in artificium, militiam, rem familiarem vel etiam in religionem, aliumve statum commutet, ne discipulus exinde viam ingrediatur quam ignorat, ne in barathrum impietatis proruat, ne post factum poeniteat actum, ne animam ipsemet R. professor sibi a Deo concreditam, Xtiq. pretiosissimo cruore comparatam amittat, animam, sanguinemq. ipsius de manu sua requirat Altissimus, sibi ab Apostolo dictum recogitet depositum tuum custodi. Et quia vexatio dat intellectum, disputationes seu concertationes mutuas inter scholas minores, id est infimistas inter in grammaticos, inter hos vero et syntacticos singulis quartualibus instituentur. Quibus quoq. DD. Rhetores ac poetae adesse poterunt. Ut autem hae disceptatiunculae cum fructu juventutis instituantur, bini et bini vel quaterni separatim in medio (nec eis narrationibus ponatur impedimentum) peragentur. Acerbae aemulationes pro tunc inter RR. MM. non excitentur. Omnia vero honeste (juxta apostolum) et secundum ordinem fiant. Quolibet etiam quartuali profectum discipulorum suorum Adm. Rndo praeposito v. ejus vices gerenti RR. Magistri manifestabunt, numerumq. eorundem in scripto indicabunt.

4) Cognoscere indolem cujuslibet discipuli studebit professor, nam alii laudibus, alli minis vel verbis, verberibus regendi sunt, alii, natura cudit uti in individuis, ita in quibusq. discipulis. Profundum cor hominis et inscrutabile! quis cognoscet illud? annitetur nihilominus Rdus professor omnibus (juxta apostolum) omnia fieri, omnes pariter diligere, omnes paterne corrigere respiciendo, ceu filii excelsi omnes, juxta cujuslibet exigentiam. Particulari autem ulli discipulorum cavent adhaerescere affectu. Nam amare et sapere vix Diis concessum, dilectio quoq. formae (nobilitatis aut similis

vanitatis) est juxta D. Hieronymum rationis oblivio. Ita efficiet ut ab omnibus diligatur et timeatur, etsi plus diligi quam timeri satius sit. Nihil est detestabilius, ait S. Hieronymus, praeceptore furioso, qui cum debeat esse mansvetus et humlis ad omnes, ex diverso torvo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis consiliis, facie inter ruborem et pallorem variata clamore prostrepitat, errantes non tam a bono retrahit sua saevitia quam praecipitat. Fugiat eapropter Rdus Professor effrenes passionum, malevolentiae, elationis, indiscretae dilectionis aut iracundiae procellas. Ira enim viri (juxta apostolum) justitiam Dei non operatur et poeta teste: Ira furor brevis. Non passione sed ratione dirigat sibi subjectos, memor sit propriae fragilitatis conditionisq. juvenilis; illius praesertim oraculi evangelici: Quodcunque ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In omnibus medio tutissimus ibit. Virtus in medio. Medium tenuere beati. Quod etsi omnibus, junioribus tamen professoribus id maxime ruminandum. Nulli civium sit familiaris, maxime autem caveatur omni vel minimo suspicio cum aliqua muliere conversationis inutilis.

5) Et quia teste S. Ambrosio primus discendi ardor nobilitas magistri est, ne innecessariis seu doctrinae, seu Xtianae disciplinae ipse desit, id meditetur assiduo, quod verba movent, exempla trahunt, et hic optimus ac excellentissimus omnium docendi modus, minus verbis aut verberibus, plus inest ruptis docere exemplis ac moribus. Sit Rdus D. Professor pius, prudens, humilis, pudicus, sobriam ducat sine labe vitam; modestiae, rigoris ac lenitatis, gravitatis pariter ac humilitatis studiosus: Integer vitae scelerisq. purus, ut is qui ex adverso est, vereatur nihil mali habens dicere de illo, ita faciet mirabilia in vita, in doctrina sua. Alioquin turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum, si quod verbis docet, factis dedoceat, si videat meliora probetq., et deteriora sequatur. Nulla res discipulo est ita perniciosa, quam vita magistri contumeliosa; Boetius. Est in unoquoque genere aliquid primum, quod sit mensura caeterorum; Aristoteles. Scilicet in vulgus, manant exempla regentum; Claudianus. Si caput est moerens, caetera membra dolent. Validiora sunt exempla quam verba, et plenius opere docetur quam voce, sancto Leone comprobante. Et ideo nullatenus lapideas domosq. visitabunt sine necessitate, etiamsi gratia parentum quorum filios docent, id fieri velint, nisi valde raro cum debita morum honestate, modestia et omnimoda sobrietate, idq. cum licentia speciali Perillustris praepositi, vel ejus locum tenentis in absentia illius. Meditationi una cum aliis seminaristis Domus Congregationis missionis Culmae, conferentiis, spiritualibus semper adesse debent.

6) Inter alios vero boni exempli actus sequentes merito con-

numerandi: ut videlicet RR. Professores mutuo se magni aestiment, sese juxta monitum Apostoli honore invicem praeveniant, secum honorifice conversentur, de se praesertim coram discipulis reverenter loquantur. Hinc omnimodas offensiones, vilipensiones, disgustus, quaerelas, invidias, aversiones tanquam pestes Christianae ac ecclesiasticae charitatis procul amandabunt, Apostolo in hoc obsecundante: Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Xti, videlicet dilectionis mandatum. Si quid vero per patientiam in semetipsis, concoquere non valerent, aut bono ordini scholastico quidpiam obesse cernerent; id vel sibimet ipsis in charitate non ficta, vel si res exigeret Adm Rndo Dno Praeposito vel ipsius in hoc vicesgerenti confidenter proponerent. Jurgia ac dissensiones inter discipulos praecipue diversarum classium, quam primum sopire connitentur. Ipsi etiam RR. Dni alienos discipulos non facile increpabunt, sed si quid animadversionis dignum, id Rdo Professori proprio manifestabunt.

7) Diebus recreationum a media secunda pomeridiana ad solis circiter occasum (sine mora nisi tempestas aeris aliud suadeat) cum discipulis in campum simul et semel modeste per plateas egredientur, ubi honestae recreationi v. g. pilae lusui vel pyramidum etc. vacabunt, baculos tamen minime deferant, aut iisdem dimicent ob expertas jam alias thragicas in similibus casualitates, quod valde notandum, et minime permittendum. Quo ad locum aut modum recreationis, non praeseferant nimiam adhaerentiam affectionemve, sed si angustiantur vasa cordis: dilatentur spatia charitatis. In recreatione tristitiam, melancholiam, morositatem quamcunq. cavebunt, hilaritati modestiam, modestiae hilaritatem ita copulabunt, ut recreatio sit gravis et suavis, sanitati utilis, sanctitati supportabilis, Deo et sociis delectabilis. In recreationibus nequaquam cibis aut potibus indulgebunt, aut a communi recreatione nequaquam ab aliis se sequestrabunt. Eundo et redeundo in domos civitatis aut suburbii, nequaquam divertent, providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, forma gregis sui facti ex animo.

8) Hi qui in seminario degunt, ante ingressum ac reditum e schola a Rdo Dno Praeposito, vel ejus locum tenenti juxta morem antiquum semper sese praesentabunt. Transeundo ecclesiam visitent ante ac post SSmum sacramentum, et sedem sapientiae virginem beatissimam eidemq. labores suos offerant, consecrent, et benedictionem super se, ac discipulos suos suppliciter efflagitent, quod et discipulis suis crebro persuadeant. Et quoniam studia literaria per se multum sunt distractiva, et spiritus ecclesiastici dissipativa, eo magis recollectioni et devotioni pietatiq., quae (juxta

Apl.) ad omnia utilis est, insistere debent, ut eandem opportune ac importune etiam inter negotia scholastica, communicent eam discipulis. Alioquin nemo dat quod non habet. Et, qui sibi nequam est, cui bonus erit.

9) Pulsus campanulae scholasticae ad R. Magistrum sintaxeos pertinet, qui tamen ut in puncto horae ac temporis determinati fiat, sedulo ob bonum ordinem invigilabit. Atrii inferioris mundities ad Rdum Magistrum infimae spectat. Omnibus vero RR. Professoribus enixe commendatur, ut scholas suas nitidas a sordibus foveant, ut sic honestati et sanitati propriae consulant plurimum. Idcirco scholas suas saltem secundo quoq. die (quando scholae frequentantur) v. g. pro negligentiis loco paenitentiae assignando aliquos, diligenter everri facient, serio inhibebunt ne pulveres ante scholae initium excitentur, ne se ad invicem percutiant, insolescant etc. Eo fine post Imum pulsum modeste se gerent, recitatisq. pensis, in proprium quisq. secedat locum ac in silentio adventum professoris praestoletur. Qui in schola non fuit, ante fores se excusabit. In infima secundum morem antiquum peracto secundo pulsu. Veni sancte spiritus, devote decantetur, sed alleluja solo tempore paschali addatur. Pulsato fine juxta horologium RR. DD. Missionariorum bini et bini secundum scholarum ordinem ad ecclesiam minime discontinuati, sine mora, in silentio, cum modestia ac assistentia sui R. Professoris quaelibet schola, incipiendo ab infimistis egrediatur; hinc ne morentur in schola post pulsum vel ne una classis sine altera egrediatur, aut taedium habeat, pensa vel exercitium memoriae quadrante assignentur, non solum matutino tempore, sed et vespertino visitetur ecclesia: mane dicuntur Litaniae juxta praxim receptam, vespere autem Pater et Ave, et simul breve quid v. g. pro pace, aeris serenitate etc., ab omnibus in ecclesia decantetur. Ad hoc unus e Poesi assignandus est, ut quadrante circiter ante finem sacellario significet adesse tempus aperiendae ecclesiae, qui etiam redux infimistis finem, ubi pulsatum fuerit significabit. Assistet semper hujusmodi devotiunculis saltem unus ex RR. Professoribus, qui curabit, ut modeste sese omnes gerant, lente, devote, concorditer canant et orent. Ad hoc juvabit ut sibi RR. Professores hebdomadas hujus assistenciae ad libitum distribuant. Hora decima mane missa pro studiosis celebrabitur, cujus tempore canere possunt concorditer omnes v. g. feria 4ta, 6ta et Sabbatho Rythmum polonicum de beatissima virgine Maria dolorosa Culmensi typis impressum, aliis diebus aliud, v. g. de SSmo Sacramento.

10) Post finitas hujusmodi devotiones studiosi, ne omittant visitare et si brevissime SSmum sacramentum, et virginem bea-

tissimam miraculosam, ingrediendo et egrediendo ex ecclesia, ne pedibus trepitum creent, insolescant, garriant, circumspiciant, trudant et etiam in caemeterio. Post caemeterium alii sint memores modestiae, Parochialistae vero ut devotiunculam suam ante iconem Bssimae Virginis rite peragant, populumq. loco aedificationis non scandalizent Rndus Magister Infimae jugiter attendet. Coram qua imagine Rythmum dictum, de quo supra, singulis canent diebus Sabbathi vespertinis horis cum omni devotione et modestia quae omnibus debet esse nota, scilicet Deo, angelis et hominibus. Notam linguae unam, et notam honestorum morum secundam in minoribus classibus RR. Magistri distribui curabunt, ut non solum latinitatis, sed et christianae urbanitatis efficiant studiosos. Percussiones rixasve cum opificibus, judaeorum aggravationes iniquas (consueta tamen a judaeis ad civitatem adventantibus pensiuncula 6. assium Rdus magister infimae hic non inhibetur, vulgo Kozubalec, sed discretio in hoc commendatur circa exigendi modum) damnificationes etiam quascunq. scandala, tumultus, quaerelarum ansas serio RR. Professores omnes sollicite in discipulis praecaveant. Tempus scholae inutilibus rebus RR. Professores aut colloquiis tam cum discipulis, quam cum aliis non terant. In pensis et occupationibus raro dispensent, et nunquam in utroq. nisi forte rarissime in dabili casu. Videant aliquando ipsi personaliter quomodo sese discipuli in ecclesia gerant. Habeat R. Professor praesertim altiorum classium observatores suorum discipulorum, quia pronum est cor hominis in malum, ab adolescentia sua. Noscant RR. Professores sese in scholasticis dependere ab Adm Rdo Dno praeposito juxta constitutiones Sac. Sedis apostolicae, ac illustrissimorum episcoporum Culmensium idq. de jure ipsi per dicta privilegia competenti; et ejusdem quo ad hoc vices gerente, ac proinde voluntati eorundem, sese in omnibus accomodare studebunt. Item in congregatione Mariana omnia ex ordinatione ac dependentia Rdi Professoris congregationis peragent. Perillustri et Adm Rndo Dno Praeposito obedientiam quam jurare etiam debuerant ex Mandato dictarum constitutionum apostolicarum, et reliquis duobus nobilibus et spectabilibus comprovisoribus scholarum, debitum honorem deferent semper.

11) In verberandis di cipulis sint prudenter cauti, ne pala v. g. caeterisq. modis, modum prudentiae excedant. In modica terriculamenta minasq. nimias v. g. percussionem spinis faciendam etc. sedulo vitent, ne per hoc fama traducatur eorum. Nunquam ad piscatores eant pro recreatione, ad vitandas lotrices sese discooperientes, ob scandalum quod in pusillo grege oriri potest. Ad campanile non permittantur ascendere, nisi maturiores pro pulsu campanarum.

Non dandus ullus est inspector inter piscatores ob gravissima scandala, quae ibi facilius quo remotius exoriri possent, nisi forte cum expressa licentia Adm Rndi Dni Praepositi vel ejusdem vices gerentis. Ne assvefiant discipuli a teneris, praecipue potationibus (praesertim cremati) conventiunculis, cum suspectis, clandestinis tractatiunculis, instructionibus puellarum, conversationibusq., vel etiam visitationibus infirmarum mulierum, natationibus, saltationibus, conviviis, nuptiis, nec copulationi matrimoniali in ecclesia assistent, ultrorum aut similium instrumentorum periculosis gestationibus, sculptionibus in scamnis, parietibus etc. scripturis, literis, cantilenis, sermonibus etc. inhonestis, lusui quoq. pyramidum pro pecuniis, aleis, aciculis, etc. haec et similia nunquam toleranda, sed et pro modo delicti, sit plagarum modus, verbis tamen nimium probrosis in increpandis discipulis non utantur, in his et in similibus occurrentiis. Pro die Palmarum quando in ecclesia Rndus Magister infimae facit perorare discipulos, pro more, caveat, ne jocosa seu calumniosa peroranda tradat, ad hoc cavendum, prius Rndo Dno vices gerenti, compositionem talem praesentabit, ejusq. judicio acquiescet. In majore Hebdomada strepitus baculis, insolentiae cum Cato aut aliis nugis in ecclesia non fiant. Vexilliferos Rndus Magister Infimae assignet maturiores. Utriq. vero RR. magistri campaniferos pariter provectiores. Nullus pariter publicus actus in scholis aut ecclesia exhibebitur, quin de hoc idem Rndus Dnus vicesgerens consulatur, et cum expressa licentia perillustris Dni Praepositi. Super fores minorum classium vulgare extra limen nihil efferatur, describatur, severeq. transgressores ejusdem puniantur. Si tamen admodum Rndo Dno praeposito, vel ejusdem vicesgerenti quis quid deferat, id nemo vitio vertat. Clepsydra praesertim in infima, quia ibi horologium prorsus non auditur, omnino habeatur, aliisq. Classium Rndis Professoribus id pariter commendatur. Alvarum ut quilibet minor Classium habeat, similesq. libros, quos explicat optandum venit.

12) Adeundo scholam vestis superior (vulgo reverenda) debite induatur, non dependentibus hinc et hinc manicis, in galeris ascendere cathedram parum conforme. Contra superiores suos non murmurabunt, sed si quid insupportabile occurrerit, id confidenter admodum Rndo Dno praeposito, vel ejus quo ad haec vices gerenti manifestabunt. Partem ad aemulationem cum sua comparte quisq. Rndus Professor in sua Classe exstimulabit, nam langvet sine aemulo virtus, errores etc., victrici et paenitentias devictae parti dabit. Singulis mensibus exercitium de locis dabitur. Singulis Sabbativis omnia pensa, omnem explicationem fructumq. replicabit, item his diebus disceptationes privatas exercebunt. Edoceantur

discipuli debitam reverentiam erga RRdos DD. Sacerdotes, religiosos, clerumq. et verbis et factis exhibendam. Ili qui in seminario manent, discipulos in suum cubiculum non introducent, sed si quo indigeant, ad eosdem ad portam descendant. In fine anni quilibet Rndorum Dnorum Professorum regestrum cum judiciis de singulis discipulis, de moribus, de doctrina conficiet, inibidemq. addet tempus aetatis, scholae, similesq. necessarias scitu qualitates, quem catalogum Adm Rndo Dno Praeposito aut ejus in hoc vices gerenti tempestive praesentabit. Juventutem praeter festa natalitia et resurrectionis Dni, vel ante finem anni nullus dimittet sine expresso consensu Rndi Dni Vicesgerentis, serioq. illis injunget, ne diutius domi quam par est ammorentur, et quomodo se gerere domi debeant, instruant, svadebit tamen tunc urbanitas ut prius Adm Rndo Dno Praeposito ejusq. in hoc vicesgerenti sese praesentent. Adventante quopiam hospite in scholam aut abeunte, in minoribus scholis omnes mox assurgentes, facie ad hospitem conversi, ipsum mediocri voce (nam clamosam fugient) dicendo: Salutamus humaniter! honorabunt; hoc idem si ex alia Classe quis advenerit, praestabunt. In humanioribus vero classibus facie pariter conversi ad hospitem assurgentes sine voce, hospiti reverentiam condebitam in adventu et abitu exhibeant.

ADJUMENTA

pro instruendo magisterio.

Praeter regulas supra datas, in ratione studiorum, aliqua observatione digna profectui studentium notantur, quae ad praxim redigi censenda sunt. Non enim venit solvere leges sed adimplere Rndus Dnus Professor, cui illud tritum adagium praescribitur.

Cum fueris Romae, Romano vivito more,
Cum fueris alibi, vivito sicut ibi.

Pro infima classe.

Primo semestri.

Exercitia scholastica, eo modo incipientibus dari possunt.

1) Detur polonicum aliquid clarum, et doceantur quaerere in synonimis themata vocum, earumq. notae quae ibi adscribuntur. Tum discernentia substantivi ab adjectivo, verbi ab utroq.

2) Exercitium continens Substantivum cum Adjectivo, Relativum, quociescunq. et alias minores regulas, sensimq. per hebdomadas una regula addatur prius explicate, et in tabula ad exemplum deducta.

3) Ordo grammaticus pariter in tabula saltem semel in hebdo-

mada per literas super partes orationis scriptas, v. g. super Nominativum Litera N. ad interrogationem quis? Super Genitivum G. ad interrogationem cujus? Orthographia quoque ad amussim doceatur in tabula cum accentibus et notis, eaq. tum polonica, tum latina, tum graeca, defectu cujus ordinarie non sine pudore errores enormes scribunt saepissime etiam poetae et rhetores, qui in minoribus scholis idem non addicere, quod absurdum est. — Numerus Arithmeticus pariter Feria Quinta latino more scribi solitus doceatur. Identidem numerus ecclesiastico charactere ut ab iis intelligatur, demonstretur, quid significet X. 10. v. V. quinq., v. L. 50. v. C. Centum.

Occupationes domesticae eodem semestri.

1) Habeant comparationes per casus et omnes gradus scribendas, saltem semel in hebdomade per menses 2. pariter conjugationis aliqua pars ad normam Álvari.

2) Polonicae Narrationes, breves doctrinae morales, familiares locutiones ad regulas supradictas, modo sit stylus pro gradu scholae.

3) Explicatio Alvari, formationes comparationum et conjugationum.

4) Exempla ad regulas minores, postquam fuerint explicata.

5) Occupationes describendae polonice cum Orthographia sua.

Explicatio.

1) Ab initio absolvat scholia aliqua faciliora inter declinationes et conjugationes posita.

2) Rudimenta et Quae maribus per vices explanentur.

3) Declinationes et Conjugationes cum suis formationibus, ad normam positarum in Alvaro.

4) Repetitio exercitii et occupationis ad etimologiam, et regulas faciliores.

5) Explicatio regularum, quae continent in compendio constructionem infimisticam.

Ad exercitium memoriae, Imo accipiantur declinationes, comparationes, conjugationes, rudimenta, quae maribus, et regulae minores per vices.

2) Semper addatur declinatio et comparatio nova unis pensis. Conjugatio aliis per partes.

Secundo semestri.

1) Praeter indicta, exercitiis inserantur singularia ex praeteritis, ex nominibus compositis et quae maribus, eademq. explicentur.

2) Doceatur infinita locutio, activa etiam et passiva facilior,

tum finita, tum infinita. Ex magna syntaxi regulae majores sine appendicibus.

3) Explicetur Cicero, sed de verbo ad verbum et in parva parte, idemq. reducatur ad etymologiam et regulas.

4) Occupationis loco, explicatio Ciceronis, exempla ad regulas majores syntaxis, prius explicatas.

5) Occupatio describenda polonica cum latina.

6) Non sunt aggravandi magnis occupationibus, sed ut exacte componant et perscribant idq. stylo claro.

Ratio pro media classe, seu Grammatica.

Primo semestri.

1) Exercitia scholastica, illa quae dantur post Pascha in Infima, additis magnae syntaxis universalibus regulis.

2) Nova constructio grammatica in tabula semper prius monstretur cum Orthographiae pariter cultura.

3) Repetitio exercitii post prandium, vel correctio per aemulos.

4) Domesticae occupationes fiant ex narrationibus, descriptionibus, monitis moralibus, exemplis ad regulas Alvari cum sua explicatione. Explicatio Ciceronis polonica cum sua Orthographia.

5) Semper addatur conjugatio difficilior.

Secundo semestri.

1) Exercitia difficilioris constructionis ex magna syntaxi, exceptis syntacticis appendicibus et scholiis. Locutiones proponantur libero aliquo tempore per varias versiones.

2) Explicatio Ovidii clara, et in parva parte cum sua resolutione ad Grammaticas regulas, idemq. poeta pro pensis assignetur per vices cum Cicerone.

3) Occupationes domesticae eaedem, quae primo semestri, seu ejusdem generis, difficiliori tamen constructione; praeter quod explicatio Ovidiana possit assignari.

Ratio syntaxis.

Primo semestri.

1) Praeter materias in regulis studiorum assignatas, singulare illud sit, ut exercitia scholastica ejusmodi dentur, qualia in grammatica dari solent post Pascha, difficultate in tabula expedita prius.

2) Praeter has occupationes, quae in Grammatica dantur, dentur theses seu dilationes sententiae alicujus, epistolae polonicae, carmina polonica, explicatio Ovidii vel Ciceronis polonica, quod potest carmine fieri aliquando: prius in tabula ostenso genere carminis.

Secundo semestri.

1) Exercitia jam Syntacticas appendices teneant et figuratam constructionem; carmina pure fracta elegiaca semel in hebdomada, projecta prius doctrina de carmine Hexametro et Pentametro et prosodiae explicatione.

2) Occupationes praeter illas 1mi semestris, sint fabulae polonicae cum sua doctrina morali. Fabulae itidem latinae, proprio Marte vertendae, ex illis Aesopi, quae lectae sunt feria 5ta Epistolae latinae per mutationem personarum, carmina latina pure fracta interdum polonica: Virgilius explicatus soluta oratione vertendus. Adagia insuper dictanda ex Cnapio, occupationibus domesticis inserantur, pariter phrases ex Cicerone et Virgilio notatae.

Ratio instituendae poesis.

Primo semestri.

1) Exercitium scholasticum vernacula lingua, constructionis solidae culto stylo polonico cum inspersa eruditione et argutiis. Amplificatio sententiae alicujus, jam per synonimiam, jam per aliquam partem Chriae. Poterit esse laus vel vituperium alicujus et id duabus vicibus in hebdomade, v. g. feria 2ta sit constructio, feria 4ta eruditus stylus et cultus. Feria vero 6ta carmina epigrammatica, aliquibus mutatis attributis, tempore, casu, numero. Identidem possunt doceri phrases poeticae, et per illas proprium carmen struere.

2) Feria 3tia vel die Jovis doceatur modus phrasium in tabula, vel in polonico stylo vertendo latine culte vel in simplici locutione latina vertenda culte. Phrasium vero modi ostendantur interea ex singulari syntaxi.

Occupationes domesticae.

1) Habeant stylum cultum polonicum et eruditum, locos communes seu dilatatas sententias. Narrationes cum doctrinis moralibus, descriptiones oratorias stylo vernaculo, Fabulas praesertim Ovidianas, cum argutiis et doctrinis moralibus.

2) Epistola sit cum mutatione personarum sed nervosiori stylo quam in syntaxi et cultiore.

3) Epistola Ciceronis, vel Lipsii, vel Plinii facilior electa dictanda ut vertatur polonice non alligata verbis.

4) Epistola polonica culta cum suis titulis ad varios, vel illa dictetur ad versionem latinam, vel aliquando ex materia simplici latina fiat polonica culta. Juvabit vero aliquando ejusmodi epistolas jubere describi in charta obsignata cum suis titulis.

5) Versus polonici vel ex latinis vertendi v. g. ex Virgilio, vel ex materia aliqua latine dictata cum adjecta imaginatione. Possunt

vero ii versus plurium generum doceri, jam undecim jam tredecim syllabarum, jam saphici.

Explicatio.

1) Est Ciceronis et Virgilii, fiat vero Imo polonice, 2do aliqua phrasi latina interjecta. Deinde dictentur aliqua cultiora elocutionis ex eadem lectione eruta. Eruditio observetur et dictetur. In poeta vero quantitas. In utroq. doctrina moralis concludatur praesertim spiritualis.

2) Alvari Constructio singularior repetatur praesertim figurata. Prosodiae prima pars quae ad figuras et caesuras pertinet, hoc semestri explicetur.

3) Pensis potest aliquando addi fabula vel historiola aliqua memoriter dicta aut lecta, a discipulis dicenda pro narratione.

4) Dies recreationis accipiat Aenigma explicandum, vel gryphum, vel Logogryphum.

5) Orator et poeta assignatus memoriae peroretur in schola, ut pronunciationi assvescant discipuli.

6) Circa finem vel medium Novembris aperiant fontes faciliores conceptuum, et tum in schola, tum domi aliqua uberior materia destinetur ad argutias.

7) Martialis epigrammata explicanda satis est inchoare in 7bri semel in hebdomada, historicus quoq. assignatus aut Curtius, aut Justinus.

Secundo semestri.

1) Exercitium sit Polonicum semel in hebdomada culto sermone, et ut constructione acuatur.

2) Periodi ars monstranda, deinde aliquis modus amplificationis praesertim ex partibus Chriae, descriptio rei alicujus brevis vel narratio proprio marte a discipulis scribenda.

3) Carmina jam non pure fracta, nec tantum mutatis attributis, sed cum subtractione epithetorum cum elisionibus et aliis figuris poeticis.

4) Carminum aliae species per strophas Imo purefractae, deinde mutatae.

5) Epigramma polonicum vel latinum proprio marte, cum adoleverit Apollo.

6) Conceptus periodice vertendi, vel elogiari stylo.

7) Epistola polonica ex materia dicta.

8) Elegia vel Oda jam purefracta, jam mutata.

9) Exempla ad Tropos, figuras periodice vertenda.

10) Orationes salutatoriae faciliores, gratulatioriae ex materia dictata, v. g. per Prothasim et Apodosim, per Conceptus etc.

11) Chriae una et altera per Pascha. Una polonica, 2da latina dictetur per mutationem personarum.

Explicatio.

1) Prosodia profundior ubi sunt varia genera carminum, figurae, Caesurae.

2) Soarius per modicam partem inchoando a tertio libro, deinde alii duo libri decurrantur saltem explicatione rudi.

3) Martialis et Horatius per diversos dies cum Virgilio.

4) Oratio Ciceronis 1mo polonice explicetur, 2do Latine facilq. 3tio observetur vox una et altera ad ethymologiam significationis, 4to reducatur ad periodos, tropos et figuras, 5to Doctrina moralis spiritualis, vel politica. — Ad extremum quodlibet artificium amplificationis prius in tabula ostendatur, et in exemplo dictetur, quam ad exercitium vel occupationem dandum sit. Caetera usus docebit.

Pro Rhetorica Instituenda 1mo semestri exercitia.

1) Cultus stylus polonicus in latinum vertendus, semel in hebdomade per mensem Periodi aliquoties formandae latine tum ex dictatis alienis, tum de novo.

2) Latinum alicujus oratoris fragmentum vertendum in polonicum, culte aliquoties.

3) Epistola latina alicujq. v. g. Plinii vel Ciceronis vertenda in polonicum, non alligando se verbis, vel epistola polonica ex materia, vel ex memoria datis punctis. Et hoc potest esse feria 2da.

4) Artes amplificandi, 1mo per variationem casuum, 2do temporum, 3tio modorum, 4to per quinque sensus humanos, 5to per 3 potentias animae, 6to per allegoriam, et alios tropos singulares, 7mo per figuras praesertim sententiarum majores, unam per semel accipiendo, 8vo per explicationem subjecti et praedicati, 9no per Prothasim et Apodosim, 10mo Per thesim et hypothesim, 11mo per hypothesim et thesim, 12mo per inductionem exemplorum. Et potest esse feria 4ta.

5) Acutum aliquid exhibendum. Qualia sunt oratiunculae, tratulat., salutat., elogia, inscriptiones, imitationes ex aliquo fragmento panegyrico, versio poetae alicujus in solutam servatis servandis, sed prius explicata arte et in praxi ostensa: et hoc potest esse feria 6ta.

Noveris. Feria 3tia vacet exercitio, tum propter distractionem, tum ut praecepta explicentur, tum ut ars illa, quae feriis 4tis vel sextis docenda est, in tabula ostendatur.

Occupationes domesticae.

1) Polonicus cultus aliquis discursus politicus, in latinum ver-

tendus cum singulari amplificatione dictetur per mensem, semel in hebdomade, vel etiam per duos menses aliquando.

2) Narratio fabulae alicujus Ovidianae, vel historiae, stylo historico, cum doctrinis moralibus in fine adjectis.

3) Polonica oratio, quales sunt: Epithalamii sacri, redditoria candelae, vel memorialis gratiarum actio, gratulatoria patroni, Festorum Natalitiorum, in adventu salutatoria hospitio magni alicui, discursus politicus stylo historico. Aliis vero concionatoria themata assignentur, cum reflexionibus moralibus.

4) Descriptiones historico stylo variae, ostenta prius arte faciliori v. g. per distributionem partium, per adjuncta, per effecta, per casus.

5) Epistolae graviores ad principes cum omnibus titulis compositae, obsignatae, vel polonico stylo, vel latino.

6) Imitatio poetae in soluta oratione v. g. Sarbievii, Horatii, oda praesertim moralis: Claudiani laus alicujus, vel Lucani, vel Senecae descriptio.

7) Orationes salutatoriae, gratulatoriae per artem aliquam, punctis ostensis, quae sunt exprimenda in tali materia, longiores vero quam sint in exercitiis.

8) Laus alicujus virtutis vel facti, vel principis, vel senatoris, Cancellarii, Episcopi, etc.

9) Resolutio explicati oratoris, cum omnibus partibus, in charta extraordinaria, vel poetae, si explicabitur, ibiq. Imo sensus oratorius alia phrasi efferatur, tum deniq. reliquae explicationis partes.

10) Inventio docenda Imo in communi, deinde in particulari. Tandem assignanda materia ad aliquam propositionem, praesertim in adventu: tum exercitationes ex locis rhetoricis afferantur, tum ornamenta, eruditiones similia, et quasi massa rudis sine dispositione adhuc, quam convenit docere 2do semestri, ne simul obruatur pluribus mens discipulis. Et haec exercitatio in charta extra ordinaria fiat.

11) Oratio magna per artem Chriae, saltem uno hoc semestri instituatur, per partes dictata ex materia.

Exercitium memoriae.

1) Orator aliquis pro unis pensis assignetur per partes, vel quilibet suum oratorem ediscat quem habet, aut panegyrim: deinde in schola peroret, quod grammatice peroraturus esset. Addatur etiam eruditio aliqua; semper polonice efferenda, vel latine ex materia, cum doctrinis moralibus et conceptu aliquo, jam familiariter, jam connexe, jam cultius, vel historico stylo, vel oratorio.

2) Pro secundis pensis, v. g. meridianis, assignetur poeta, per

partes ediscendus, qui habetur, et addatur fabula aliqua Ovidiana, vel eruditio poetica.

Jam vero ad historicas eruditiones accipi potest vel Valerius, vel Busieres, vel Turselinus, vel Lipsii monita, vel Polonus Herburt, vel Florus polonicus, vel latinus, vel Aurelius, vel Plutarchus de viris illustribus, v. Paulus Emilius, v. Majolus.

Ad Poeticas vero: Ovidianae ex Metamorphosi, vel mitologia natalis, vel Massenius de fictionibus et fabulis.

Lectio librorum.

Quilibet 3 libros legat: Historicum, poetam et oratorem, et hebdomadatim notata habeat legenda in schola sabbatho. Juvat aliquando assignare, ut quisquis ex suo libro, imitationem faciat pro occupatione.

Tres sexterniones notandorum praesto sint. 1) in quo supellex historica, 2) in quo poetica, 3) in quo oratoria sit. Jam vero notanda sunt, vel ex lectis a se, vel ex auditis in schola.

Dispositio tecae 3 sexterniones contineat, pro materiis describendis; ne misceantur secum diversae. 1) pro exercitiorum materia, 2) pro occupationum latinarum, 3) pro polonico stylo. Pariter 3 sexterniones habendi, pro describendis compositis exercitationibus supradictis.

Extraordinariae declamationes.

1) Pro quolibet sabbatho assignentur ex ordine aliquot, qui narratiunculas, historias suas declament, aliis observantibus. Assignari vero possunt materiae. 1) aliquod punctum ex vita patroni, uniuscujusq., 2) ex historico aliquo, 3) descriptiones rerum, jam stylo historico, jam oratorio, postquam fuerint edocti, 4) salutationes, gratulationes, nuptiales, funebrales, 5) problemata demonstrativi generis, 6) sermones comitiales problematicae.

2) Deliberativi generis haberi potest exercitatio, saltem semel in mense, per modum comitiolorum, si nobilitas aderit scholae, destinatis v. g. 10. vel 12. ad materias politicas aliquas pro et contra certaturis cum ea norma, cum qua ordinaria comitiola fiunt. Hic problemata deliberativi generis demonstranda.

3) A principio anni, ad excitandam aemulationem, instituatur certamen de soliis; pro scholasticis laboribus unde si plura sit habiturus, primam classem impleat vel gradum primum rhetoricum, qui pautiora secundum, et sic de caeteris. Haec autem concertatio per aliquot menses duret.

4) Resolutio concionis diebus festis pro penso memoriae prius explicata arte resolutionis in partes oratorias. Et tunc jam, nec orator, nec poeta occupet mentem.

Secundo semestri exercitia.

1) Loci Rhetorici per ordinem explicati, ad aliquam propositionem assignentur per unum in hebdomade, addita dispositione alicujus Syllogismi, vel Expolitionis, vel exornationis. Et hoc potest esse feria 4ta.

2) Problemata varia: inscriptiones, et aliquando gratulationes, salutationes graviores, fragmenta panegyrica, epitaphia feriam 6tam occupent.

3) In stylo polonico, theses aliquae subservientes nuptialibus, funebralibus, epistolae graviores, feriis 2dis absolvantur.

4) Narrationes oratoriae, descriptiones, apophtegmata, symbola, affectus jam lenes, jam vehementes, jam mixti intermisceantur praefatis f riis.

5) Extemporalia exercitia aliqua, cum jam profecerit schola per quadrantem aliquem aut diutius, ut statim legantur ex aliqua materia proposita, et id potest feriis tertiis peragi aliquibus. Aliquando juvabit exercitatos probare, e memoria extemporales, ut quempiam salutent et gratulentur, idq. tum polonice, tum latine.

6) Admirabilis eloquentiae aliqua singularia, identidem proponantur: qualia sunt paradoxa, objurgationes encomiasticae vel encomia objurgativa, vel similia.

Occupationes.

1) Polonicae nuptiales, tempore Bachanaliorum, funebrales in quadragesima, comitiales post Pascha, seu deliberativi generis. Gratulatoriae, Paschatis etc.

2) Narrationes, oratoriae, panegyricae seu laudes, factorum alicujus principis, descriptiones oratoriae, seu acutae, ornatae.

3) Oratio aliqua major Pliniano modo vel Ciceroniano, quae potest trahi per mensem, in suas partes distributa.

4) Orationes legatorum ad principes, ducum ad milites, exhortatoriae, deprecatoriae alicujus, valedictoriae.

5) Problemata generis deliberativi et judicialis, fusius tractanda quam pro exercitiis.

6) Inventio et dispositio, ad aliquam propositionem sine elocutione.

7) Aliqui jam perfectiores assignari possunt ad orationem, proprio Marte perorandam, e Cathedra pariter concio ab aliquibus.

8) Philippica aliqua ad imitationem Ciceronis.

9) Dialogismus personarum inter se certantium rationibus.

10) Symbola, Hieroglifica, et emblemata, cum suis subscriptionibus, stylo elogiari.

11) Confutationes aliquorum objectorum, vel Apologiae, seu defensiones.

12) Admirabilis eloquentiae aliqua, latiore argumento, quam pro exercitio ut supra. Discursus etiam aliqui naturales, vel politici institui possunt, proposita pridie propositione, ut quisq. aliquid adferat, huic materiae congruum: vel polonice, vel latine prout instituetur discursus, alloquaturq. stylo infimo, vel familiari.

LEGES

Studiosorum Academiae Culmensis, filiae Bononiensis.

1) Cum initium sapientiae sit timor Domini, nec in animam malevolam introeat spiritus illius, neq. inhabitet in corpore subdito peccatis, quilibet duplicem sibi scopum debet praeponere, ad quem omnes actiones suas dirigat, scientiam nempe necessariam et conscientiam bonam, qua propter omnia quae ad utrumq. finem conducere possunt media amplecti, quae vero illis adversantur fugere omni studio conabitur: pro certo habens qualem teneris annis et animis juventus injecerit sementem, tales ecclesiam, rempublicam, patriam fructus collecturas.

2) Quia vero non ex omni ligno fit Mercurius, ideo delectus aliquis admittendorum habendus erit, et quilibet eorum Perillustri Dno Praeposito, uti seniori, provisori, et rectori scholarum praesentandus; conditiones aliquae ab iis exigendae, quibus si careant arceantur.

1) Ut testimonium bonae conversationis exhibeant, idq. vel a proprio Magistro sive Praefecto Scholarum si alibi studuerint, vel a proprio parocho, vel ab alia persona fide digna.
2) Ne sint gravi aliqua infamia notati, vel ex aliis scholis exclusi, sed vita et conversatio illorum sit integra, labis, scelerisq. pura.
3) Ut in examine admissionem praecedente cujuslibet indoles, ingenium, et aptitudo probetur; ne ad altiores scholas promoveantur, qui in inferioribus nondum fuerint bene fundati: id enim optamus ut hoc Gymnasium in virtute potius quam numero discipulorum capiat incrementum.

3) Conscientiae puritatem a Deo incessanter potent, et mediis omnibus praesertim sensuum custodia et sacramentorum frequentia procurabunt. Peccata mortalia praesertim castitati contraria, societates malas, cane pejus et angue odio habebunt.

4) Omnes sese invicem mutuo amore et honore prosequerint nimiam familiaritatem, quae brevi contemptum parit sicut et aver-

siones multas, simultates, rixas, imprecationes, detractiones, verba aculeata, perstringentia, modos agendi, rusticitatem et indecentiam sapientes, omni studio et diligentia fugere conabunt.

5) Serio cavebunt, ne sese invicem, et si permodum joci ex levitate absq. necessitate tangant, multominus percutiant, verbisq. impuris, gestibus sive factis impudentiam et petulantiam redolentibus scandalizent.

6) Puerorum (si quos habent suae curae comissos) profectui in studiis et pietate ita invigilent, quasi strictam in die judicii rationem redituri, si aliquem ex illis ex inspectoris negligentia, tempus et sumptus parentum inutiliter terere, seu, quod absit malo exemplo perire contigerit.

7) Erga Perillustrem admodum Rndum Dnum Praepositum, aliosq. sacerdotes, tum et Spectabiles Dnos Scholae provisores, particularem respectum semper, et ubiq. profitebuntur.

8) Erga universam civitatem, sese gratos, pacificos et modestos exhibeant, nec ullam ejusdem civibus et incolis conquerendi occasionem dabunt. Propterea nulla signa eorundem contemptus et vilipensionis praeseferent, neq. frameam vel aliud armorum genus sine expressa facultate gestare praesumant. Quodsi quis immemor obligationis suae absq. justa causa ex ira, levitate et petulantia aliquem verbis sive verberibus afficere ausus fuerit, sciat se condignas tali ausu paenas irremissibiliter incursurum.

9) Nullus de praefato Academico Gymnasio vel ejus professoribus aliquid coram aliis, ad quos minime spectat in malam partem loquatur, nihil contra honorem illis debitum facere praesumat; si quid vero bono ordini contrarium vel aliquid aliud notatu dignum advertat, quod perillustris Admodum Rndi Dni senioris notitiam authoritatemq. requiret, haec ipsis solis aperiet, ut si quod necessarium erit remedium, adhibeant.

10) Et quoniam unicuiq. mandavit Deus de proximo suo, ideo si quis aliquem ex scholasticis gravi seu scandaloso cuipiam vitio obnoxium, vel culpae alicujus notabilis reum esse agnoverit, perillustri Adm Rndo Dno praeposito, vel in absentia ejus locum tenenti, sive ejusdem spectabilibus dominis collegis, vel si maluerit, ejusdem professori quantocius referet, ut malo quam primum occuratur. Sinsecus, et alienae malitiae particeps fiet, et ipse pro taciturno conniventiae merito paenas luet.

11) Si qui, Deus avertat, grassatores discoli, ebriosi, scurrilitatum amatores, discordiarum seminatores, graviter negligentes inveniant. Quodsi post correptionem, emendationem non curent, a scholis excludantur, ne morbiba facta pecus totum corrumpat ovile.

12) Qui in scholis aliquid destruxerint, hoc propriis sumptibus reparabunt.

Quolibet die.

1) Preces matutinas et vespertinas coram aliqua sacra imagine flexis genibus absolvant, virginem beatissimam, angelum custodem, beatum Cantium, aliosq. SS. patronos peculiari affectu quotidianisq. devotionis exercitiis frequenter colant.

2) Hora destinata sacrum devote audiant, debitam modestiam oculorum et silentium exacte servando, memores Dei praesentis, coram quo ipsi Angeli contremiscunt. Cum vero hymni, aliaq. pia Cantica juxta morem intonantur, omnes unanimi voce et corde cantabunt, praecipitantiam omnemq. dissonantiam cavendo.

3) Mane eundo ad scholas Deum scientiarum dominum et Deiparam sapientiae matrem in ecclesia parochiali ferventi aliqua oratiuncula salutare, optimum erit medium ad Assistricem sedium Caelestium sapientiam impetrandam.

4) Studia etiam privata semper ab aliqua oratiuncula inchoanda, tam opis divinae impetrandae causa, quam purae intentionis, ad Dei gloriam dirigendae. Praecepta, eruditiones, sententias, aliaq. notatu digna, occupationes pensaq. scholastica quam diligentissime scribent: quae memoriae mandanda fuerint, quantocius mandabunt, nec diu ex negligentia differendo, postea vel negligenter absolvere vel omittere cogantur. Cavebunt tamen ne statim immediate post prandium vel caenam caput violenta aliqua applicatione fatigent.

5) Hora praefixa omnes ad scholam convenient ibiq. ante praeceptoris adventum omnem petulantiam, confabulationes, risus immodicos, pueriles nugas, aliasq. levitates, nec non rixas omnimodas vitabunt. Unusquisq vero lectione vel scriptione diligenter et utiliter occupabitur.

6) Et quoniam non parum confert ad latinae linguae profectum frequens usus ejusdem, ideo non modo in schola, sed in omni loco et tempore nonnisi latine, quantum fieri poterit, loquentur.

Qualibet hebdomada et diebus festis.

1) Hora statuta ante majus sacrum ad officium de beata defunctorum et cartera insimul alta voce in schola recitanda ad spiritualem exhortationem l ctionem libri devoti, aliaq. pietatis exercitia diligenter conveniant, et debitum ex iis fructum recipere satagant ut et dies festos, et animas suas, hoc pacto sanctificent.

2) Missae cantatae, concioni, vesperis in ecclesia parochiali, ea, qua par est reverentia, attentione et devotione, simul assistant, nec se ab iis absentare praesumant sine necessitate et facultate.

3) Otium tabernarum, alterius sexus personarum accessus, compotationes, scurrilitates, turpiloquia omni quidem tempore sed diebus potissimum festis et dominicis tanquam pestes mortiferas, omni cura et studio vitabunt.

3) Et quamvis honestae deambulationes, honestus et moderatus ludus, pilae sive pyramidum otii vitandi, sanitatis conservandae, animiq. parum par relaxandi gratia etiam in diebus festis post vesperas non prohibeantur; ludi tamen alearum, chartifoliorum, et si qui fuerint similes tanquam corporis sanitati minime utiles, animae vero non parum nocivi, in omni loco et tempore, sed potissimum festo omnino vitentur, sub poenis arbitrio nostro infligendis.

5) Ut tempestiue qui tenentur diebus dominicis ad Cathechismum in ecclesia parochiali conveniant, postquam campanula scholae pulsabitur, ad quam insimul congregati inde bini, modeste ad ecclesiam accedant.

In diebus vacationum seu recreationis.

1) Nulla extraordinaria praeter consuetum diem et morem recreatio concedatur, sine scitu et facultate Perillris Adm Rndi Dni Praepositi, quantum fieri poterit simul ad locum aliquem in die recreationis conveniant, solus cum solo ab aliis separati non incedant, multominus in angulis seu locis abditioribus commorentur.

2) Loca suspecta, vel a suspectis personis male moratis, ebriosis, turpiloquis, aliisq. malae famae hominibus frequentari solita non accedant.

3) Ludos nonnisi honestos, et ad honestam animi relaxationem conducentes (ut supra notatum est) exercebunt.

4) Cum personis alterius sexus familiariter agere, ludere, discurrere, jocari, et his similia, amor pudicitiae timor Dei omnia intuentis, et periculum animae spiritualis ruinae, omnino vetant, et nos in tales severe animadvertere cogunt.

5) Ad hortum seu insulam sanctimonialium diebus recreationum non conveniant, ne quam iisdem Deo dicatis, vel aliis in monasterio degentibus virginibus illuc subinde confluentibus, causam praebeant molestiae ac perturbationis.

Singulis Mensibus.

1) Confessionem et Communionem quarum frequentiorem usum, juxta cujuslibet devotionem, et confessarii consilium summopere commendamus, ultra mensem differre non audeant.

2) Officium defunctorum pro animabus condiscipulorum in purgatorio existentibus, devote recitare, nec non sacrosanctum Eucharistiae sacramentum sumere non omittant.

3) Cum vero aliquem ex pauperibus studentibus infirmari contigerit, illum non ut hominem, sed ut Christum ipsum tali sibi obsequium praestari asserentem tenero Christianae Charitatis affectu visitabunt, eidemq. tum corporalia, tum spiritualia subsidia, quae commode poterunt, suppeditabunt, et Perillrem Adm Rndum Dnum Praepositum, de tali infirmo, ejusq. necessitatibus certiorem facient.

4) Cum infirmo nonnisi submissa voce in spiritu compassionis loquentur, et de rebus quae ipsum exhilare, nec non circumstantes aedificare possint.

5) Qui vero infirmitate aliqua pressi in lecto detinebuntur, illam de manu Domini, cum omni resignatione et patientia recipientes, non solum de corporalibus, sed et spiritualibus remediis solliciti erunt, ut quam primum opus fuerit confessarium ad conscientiam rite expurgandam, aliisq. sacramentis muniendam tempestive vocari curent.

Singulis annis.

Exercitia spiritualia per aliquot dies, confessionem generalem annuam, etsi nulli praecipimus, impense tamen omnibus commendamus.

In dominibus in quibus habitant.

1) Timeant die ac nocte, ne aliquid, quod Dei vindicis maledictionem supra se totamq. domum in qua degunt trahere possit, committant.

2) Patri, matriq. familias debitum honorem respectumq. praeseferant, nec unquam illos ad iracundiam et maledictionem provocent, super omnia caveant, ne ulli ex domesticis praebeant occasionem spiritualis ruinae, recogitantes in timore et tremore illud terribile divini oris effatum, vel homini illi per quem scandalum venit.

3) Ut autem hae regulae seu monita memoriae et animo scholasticorum altius inhaereant, quater in anno, hoc est initio scholarum: Die 2da Januarii, 2da Aprilis et 3tia Julii, publice in scholis legentur et explicabuntur. Ut si in earum observantia fideles se fuisse noverint, gratias Deo agant, novamq. eos observandi gratiam petant; si vero contra illas sese defecisse senserint, Deum humiliter deprecent, firmumq. illas in posterum observandi propositum faciant.

Directorium et series studii Culmensis.

Annum scholasticum ordimur prima Septembris, quae dies destinata est promotioni, legunturq. nomina promovendorum ex inferioribus ad superiores Classes. Quod si prima Septembris incidat in dominicam, promotio differtur ad feriam proximam non impedi-

tam. Facta promotione fit missa de spiritu sancto, ut Caelestis hic gratiarum dispensator, qui sapientiam omnibus dat affluenter et nemini improperat, pusillis etiam suis cor docile infundat. Quod si in anniversaria studiorum restauratione Oratio a quopiam professorum habeatur, tunc propter auditorem convocandum praemittetur missa, qua finita habebitur Oratio et ad suas Classes promovendi legentur. Hac die vacant scholae tempore pomeridiano, juxta illud in Academiis receptissimum.

Praeteritis quaecunq. carent, spoliato supinis
Exceptis Cinerum defunctorumq. diebus.

Tempus scholae matutinum incipit hora septima, protrahitur autem ad mediam decimam, qua audita omnes procedunt ad templum, Missam audituri, de qua postea suo loco. Pulsus autem primus, quo convocatur juventus fit tertio quadrante ad septimam, secundus vero hora septima.

Tempus scholae vespertinum incipit hora media secunda pomeridiana, protrahitur usq. ad horam quartam. Pulsus primus fit 1mo quadrante post primam, secundus quadrante secundo itidem post primam.

Hoc pro grammaticis, syntacticis et poetis. Rhetores vero mane convocantur dimidia octava; a meridie hora secunda; una autem eademq. hora omnes dimittuntur.

Ratio haec scholas frequentandi non mutatur, praeterquam in Julio de quo sequenti pagina.

XIVta die Octobris in festo S. Burchardi silent scholae, pomeridiano tantum tempore (nisi in diem recreationis hebdomadariae incidat) et hoc privilegio nundinarum conceditur, etiamsi differant. Idem dicendum de aliis nundinis in diem ferialem incidentibus.

19. Octobris, in festo S. Joannis Cantii, silent scholae, missa habetur, cujus solemnitatem ut Musicus exornet concentus, professoribus commendatur.

11. Novembris, die Commemorationis omnium fidelium defunctorum mane tantum silent scholae: Processionem autem matutinam Juventus comitabitur, Concioni item antelucanae intererit.

24. Decembris in Virgilia Nativitatis Domini conveniunt omnes hora septima ad missam, et ab hac feria silent scholae usq. ad festum Circumcisionis inclusive. Exercitia tamen spiritualia, quibus juventus adesse solet, minime intermittenda.

Feria secunda et tertia post Dominicam quinquagesimae silent scholae usque ad feriae quartae cinerum tempus pomeridianum.

Feria quarta vel tertia, ut frequenter fit, post Dominicam Palmarum vesperi silent scholae, mane vero omnes absolvunt confessionem Paschalem, cujus ab unoquoq. testimonium requirent

professores, et examen a prandiis an omnes confessi. Mane feria 4ta dimittuntur scholae. Sequentibus feriis silent item scholae usq. ad feriam quartam post Pascham exclusive.

Dies S. Marci dimidius processioni impenditur, nisi incedat in diem recreationis. Diebus rogationum matutinum tempus processioni, vespertinum scholis, Feria tamen tertia recreationi hebdomadariae cedit.

Infra octavam Corporis Christi, si juventus processiones comitabit, cogenda est ad missam audiendam hora septima ut emissam studiorum horam dimidiam, post modum compenset sessura in scholis ad decimam.

Prima Julii, et sequenti feria post festum Visitationis, propter frequentem populi concursum, silent scholae, ante festum quidem tantum vesperi, post festum vero tantum mane: nisi duo isti dies in dominicam incidant.

Hoc mense ex privilegio accelerantis Caniculae, et mane et a meridie, dimidia hora scholis demitur, ita ut mane omnes hora nona dimittantur; a meridie vero hora secunda convocentur. Rhethores dimidia tertia. Pulsus primus fiet tertio quadrante ad secundam vespertinam.

In vigilia S. Jacobi, dicta prius missa pro gratiarum actione clauduntur scholae. Priusquam vero Juventus dimittatur, exhibebit profectus sui aliquod specimen, publico exercitio et examine; in grammaticis et poeticis instituendo. Exercitia porro mutati professores praescribent.

Excellens Dominus Director debet ex officio examinare et exercitium seu potius stylum dare grammaticis et his absolutis tum demum infimistis. Et ille invigilare maxime omnis juventutis profectui obstringitur sua professione, cum praecipue unus sit hac in colonia ex universitate Cracoviensi, vel alia quacunq. ad libitum Perillis Dni Praepositi rectoris, et nobilium DD. Comprovisorum, ad praesentationem praenobilis senatus Culmen. approbatus et Institutus, ut supra dictum est.

De missa a scholaribus audienda, de vesperis, processionibus, litaniis etc.

Quoniam scholarum omnium primarius finis est, ut juventus, quae ad patriae salutem adolescit, primos in virtute faciat progressus, ideo professores dabunt operam, ut discipuli omnes, qui solidum in studiis ambiunt profectum, a timore Dei, tanquam primo sapientiae et scientiae elemento, omnia sua exordiantur.

Curae igitur erit directori scholarum, ut consuetae pietatis offi-

cia nulla die intermittantur. Quocirca quolibet die Dominico et festo simul missam audient, concioni et vesperis intererunt.

Ante missam vero solemnem convenient syntactici, Poetae et Rhetores ad unam scholam, et ibi (donec interim sodalitas instituatur) vel lectioni spirituali, vel exhortationi, vel orationi vocati intendent. Porro orationi dabit materiam vel officium B. M. Virginis, quale est Romano breviario insertum; vel officium ejusdem immaculatae conceptionis, vel officium defunctorum, quod singulis mensibus pro fundatoribus, benefactoribus, professoribus, confratribus dicetur. Ad hoc pietatis exercitium convenient omnes hora octava intenturi eidem quoadusq. campanis ad missam audiendam evocentur: ubi simul contioni intererunt. Quodsi expedierit audiri missam etiam vg. diebus Dominicis secundam, quae ordinarie cum Votiva de SS. Trinitate absolvitur; vel diebus festis primam post matutinum celebrari solitam, permitti id potest.

Diebus ferialibus omnes simul missam audient, quo tempore hymnos cantabunt.

Feria 2da: »Jesu dulcis memoria etc.«

Feria 3tia: »Omni die dic Mariae etc.,« v. de S. Cantio: »inclitum decus etc.«

Feria 4ta: »Ave maris stella etc.,« vel: »Stella coeli etc.«

Feria 5ta: »Pange lingua gloriosi corporis mysterium etc.«

Feria 6ta: »Stabat mater dolorosa.«

Sabatho: »Salve mundi domina etc.« ex officio immaculatae conceptionis.

Occurrente autem aliqua solemnitate, quae habet proprias Cantiones tunc demum illas adhibere devotio svadebit, vg. in Adventu Domini, in natalitiis Domini, in quadragesima, in paschate.

In missis pro defunctis cantabitur: »Cur mundus militat etc.«

Quando vero tota dies recreationi impenditur, ad missam audiendam convenient hora septima vel maturius.

Diebus dominicis dato in ecclesia Campanae pulsu, quo convocantur ad Cathechesim, eodem tempore syntactici, poetae, rhetores convenient etiam ad unum locum audituri pariter aliquem de Christiana vocatione discursum. Caeteri omnes ad ecclesiam ibunt, et ante Catechesim hymnum de spiritu sancto, Orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum fidei et Decalogum decantabunt.

Missae sacrificiis servient syntactici cum grammaticis, Infimistae (ut vocantur) cum Alphabetariis.

Singulis diebus Sabathi, finitis vesperis, ad Litanias de B. V. Maria decantandas, omnes procedent lucraturi indulgentias his Litaniis concessas. Pridie autem alicujus festi, nisi sit unum ex so-

lemnioribus, tertio quadrante ad quartam ex scholis dimittentur, templum revisuri ibidemq. hymnum aliquem pro oportunitate temporis vg. ave maris stella, v. stella coeli decantaturi. Quodsi in vesperis Sabathi v. pridie festi alterius habenda sit processio cum venerabili Sacramento, hoc casu omnes aderunt vesperis, et ex antecedente processioni, ne vero sub praetextu pietatis scholasticis functionibus aliquid detrahatur monendus est aedituus, ne ante horam tertiam campanas pulset.

Universim ergo omnes processiones solemnes cum Venerabili celebrari solitas comitabuntur: nisi aliud visum fuerit, maxime de processionibus infra octavam ..... Domini. Processio item sancti Marci dierum rogationum et aliae pro necessitate publica obeunda ad omnes pertinent; Dominicales vero (nisi sint Paschales), item matutina et alia parochialis ecclesiae ceremonialia ad solos triviales spectant. Exhortationibus, quae habentur in quadragesima quolibet feria 4ta post horam tertiam vespertinam omnes aderunt.

De tempore confessionis sacramentalis.

Ad sacramentalem confessionem et communionem accedent singuli minimum semel unoquoq. mense. Confessio haec quo ad diem potest esse libera: cum nec una eademq. dies semper offerat copiam sacerdotum, nec indulgentiae invitent, nec etiam occasio unicuiq. semper faveat: modo ab omnibus testimonium peractae confessionis habeatur. Paschalis tamen, ut superius dictum est, fiat uno ab omnibus die, scilicet in feria quarta in Parasceves.

Quod si visum fuerit melius fore confessionem et sacram communionem certo tempore ab omnibus fieri, assignari possunt dies ut infra.

In Septembri, in festo B. M. V. Nascentis, v. si frequentio peregrinorum id commode fieri non permiserit, differatur ad proximam indulgentiarum diem.

In Octobri, in festo Dedicationis ecclesiae, item in festo D. Joannis Cantii.

In Novembri, in festo SS. omnium, item in festo Sanctae Catharinae, Rhetores praecipue.

In Decembri, in festo Immaculatae conceptionis, v. in Natalitiis Domini.

In Januario, in festo trium regum.

In Februario, in festo Purificationis.

In Martio, in festo S. Josephi, alii in festo Anunciationis, vel pro Paschata.

In Aprili aut fine Martii Paschalis Confessio, item in festo S. Adalberti.

In Majo, in festo Ascensionis Domini aut Pentecostes.

In Junio, in festo Corporis Christi, vel infra octavam, vel in festo Sanctorum Petri et Pauli.

In Julio, in festo Mariae Magdalenae, vel Dominica Scapularis B. Virginis.

De Recreationibus.

Praeter assignatos superius dies, dandum etiam aliquod tempus intra hebdomadam recreationi; hoc ex consuetudine est feria quinta; nisi festum occurrens diem recreationis transferat in aliam feriam vg. tertiam, vel quartam, aut plane occurentia plura locum eripiant recreationi. Primo tamen anni scholastici mense, id est, Septembri, item in Majo bis indulgetur.

In Quadragesima, dimidia tantum die, ut post Dominicam laetare, integra, post Pascha feria quinta omnium hebdomadum concendenda recreatio, nisi occurentia festa aliud suadeant, aut mediam tantum diem relaxationi offerant, rne totius diei concedendae recreandis animis penes Dnum Directorem potestas: non solet etiam in Universitate tam crebra fieri recreatio. Ad finem Maji professores omnes sub poena severissima prohibeant, ne quis studiosorum lotionis gratia Vistulam, vel aquam stagnantem ingredi, natare, aut nauta imperito, et sine necessitate navigare praesumat. Pro quo avertendo constituantur duo, qui petulantiae huic invigilent et delinquentes accusent.

Authores triennales, in classibus perlegendi.

In Rhetorica perlegetur primo anno.

Rhetorica Nicolai Vernulaei, in Academia Lovaniens. Excell. Prof., v. Tabulae rhetoricae Cypriani Soarii e Soc. Jesu, v. Prodromus Rhetorum, editus a patre Piarum scholarum. Rhetorica institutio ad Calamum. Oratio Ciceronis in Catil.: Quosq. tandem etc. Senecae Tragoedi Medea. Lucii Flori gestorum Roman. Epitomes, v. Quinti Curtii lib. 3. aut 5.

Secundo anno.

Rhetorica Nicolai Vernulaei, v. Tabulae rhetoricae Cypriani Soarii e Soc. Jesu, v. Prodromus Rhet., editus a patre Piarum schol. Rhet. Institutio ad Calamum. Oratio Ciceronis pro Milone, v. una in Verrem, Senecae Troas v. Hyppolitus, Justini Liber 3. et 4. historiarum.

Tertio anno.

Rhetorica Nicolai Vernulaei, v. Tabulae rhetoricae Cypr. Soarii e Soc. Jesu, v. Prodromus Rhetorum, editus a P. Piarum schol.

Rhet. Institutio ad Calamum. Ciceronis Philippica quaecunq. Senecae Hercules, Taciti liber aliquis.

In Classe Syntaxeos primo anno.

Syntaxis Emanuelis Alvari, Virgilii liber quartus Georgicorum, post festa Natalitia. Liber epistolarum Ciceronianarum. Aut alterius Classici in scholis recepti. V. G. Justi Lipsii, v. Puteani. Fabulae Aesopi.

Secundo anno.

Syntaxis Emanuelis Alvari. Virgilii liber II. Enoidos post Festa Natalitia. Epistolae Ciceronis. Fabulae Aesopi.

Tertio anno.

Syntaxis Emanuelis Alvari. Virgilii Ecclogae post festa natalitia, liber epistolarum Fabulae Aesopi.

De aliis liberalibus artibus.

Dialectica singulis annis mense Junio Rhetoribus explicabitur. Arithmetica diebus recreationi hebdomadariae proximis, tam Grammaticis quam rhetoribus explicabitur, seu tradetur. Musica vocalis singulis diebus ab hora 12. usq. ad 1. exercebitur.

Graecae linguae institutio minimum dimidiam horam intra hebdomadam sibi vendicabit

Equum pterea est ut dialogi, declamationes, Prolusiones et id verius alia in scholis haberi solita, hic non omittantur. His enim laudatissimis exercitiis documenta domus, quaesimus origine nati, et quantusquis sit futurus in Rostris ecclesiasticis, tantus hic apparebit in Umbris.

In Poesi perlegetur anno primo.

Prosodia M. Emanuelis Alvari. Institutio poetica ad Calamum, Virgilii liber sextus Aeneidos. Horatii liber tertius Odarum. Martialis liber primus Epigrammatum, vel alterius Neoterici in scholis recepti.

Anno secundo.

Prosodia Emanuelis Alvari. Institutio poetica ad Calamum. Virgilii liber nonus Eneidos. Horatii v. Juvenalis satyra quaecunq. Martialis Epigramm. Liber II. vel alterius Neoterici in scholis recepti.

Anno tertio.

Prosodia Emmanuelis Alvari. Institutio poetica ad Calamum. Virgilii liber X. v. XI. v. I. Aeneidos. Horatii liber I. v. una ex satyris, Martialis Epigramm. Liber 6. v. alterius neoterici in scholis recepti.

In Grammatica anno primo.

Grammatica Emanuelis Alvari vel Lucae Piotrowski. Ovidii liber primus Tristium. Ciceronis epistolae breviores.

Anno secundo.

Grammatica Emanuelis Alvari v. L. Piotrowski. Ovidii liber II. tristium, Eplae Ciceronis ad familiares.

Anno tertio.

Grammatica Emanuelis Alvari. Ovidii liber primus de Ponto. Epistolae Ciceronis.

Quodsi eorumq. Classicorum alii libri in scholis recepti ex typographiis in quibus talia authorum fragmenta ppter utilitatem discentium separatim praelo subiciunt acquiri commodius poterunt, nil oberit quin pro assignatis recipiantur.

Inventarium rerum mobilium scholae Culmensis.

In Rhetorica est imago S. Catharinae, item tabula denigrata. Accessit imago Ntri B. Joannis Cantii supra Cathedram cura et impensa Exellmi Dni Daszczyński pro tunc Directoris Culmens.

In propylaeo scholarum imago Crucifixi, longa septem, lata quinque palmis, habens pluteos tiligneos. Sub ipsa est scabellum cum reclinatorio et tabella cui praeces inscriptae.

Ibidem est tabula authorum triennalium inscriptionem continens. Item alia cui praxis confessionis inscripta.

In schola parochiali est tabula pro musicis notis; item mensa cum sedili; item tabula; item tabula, cui inscribuntur officiales scholae; item alia, cui inscribuntur Ministri sacrificantium; item crux pro funebribus processionibus.

Est item in scholis tabula continens scriptas sacras, sive Canciones sub missa decantari solitas.

In cubiculo D. Directoris est mensa lectica, sella, repositorium. Item vexillum cum tympano, quo pueri recreationem evocantur.

Fenestrae in Rhetorica tres, in Grammatica duae. In schola parochiali duae, omnes sine claustris. Portae omnes habent pessulos: Celarium habet seriem pensilem.

VII. Kolonia akademicka w Chełmży w województwie chełmińskiem.

Niesiecki powiada, »że Maciéj Konopacki, biskup chełmiński, zmarły 1613. roku, w Chełmży fundacyą uczynił na instytucyą albo ćwiczenie *dzieci ślacheckich*.« Z słów

tych Niesieckiego wnoszę, że w drugiéj téj rezydencyi biskupów chełmińskich szkoła wyższa nieco od elementarnych być musiała, do któréj zapewne akademików krakowskich na nauczycieli brano. Być atoli może, iż cała ta *fundacya* Niesieckiego niczém więcéj nie była, tylko funduszem, kapitałem, od którego procent obracano na utrzymywanie w szkołach publicznych ubogiéj młodzieży ślacheckiéj. Lengnich w szacownem dziele swojém: *Geschichte der Preussischen Lande* nie wspomina nic o téj fundacyi Konopackiego.

VIII. Kolonia akademicka w Choczu w województwie kaliskiem.

